





17

14.

R

15. 1

2

16. .

0

17. 1

,

18. 1

2

19. 1

-



1723.

14. Kaestner, Abraham: An digustos Doctoralis fidem
a patria potestate liberat? Similique collegie
sua auctorat intimat.
15. Kaestner, Abraham: De protestatione facta contra
zaric, quae special responsu jure iusto illustra-
tur. . . Similique collegia sua auctorat intimat.
16. Kaestner, Abrahamus: De obligacione ad carcere
ex causa rebus in masculo et femina obtinente.
17. Knechtoldus, Fridericus Alexander: De eo, quod invito
altro fecere brev in salutibus.
18. Knechtoldus, Fridericus Alexander: No data naturali
urum publicarum
19. b. c. Marscarius, Dr. Jacobus: Rejire circa reas
monachorum in locis circuli Saxoniae Superioris
presertim Saxonica - Electoratus. 3 Sept 1723
et 1729.



1723.

- 28^o M. Mascorius, Dr. Iacobus: De regali imperiali que
augustorum Germaniae dignitatemque coronatione
2^o Templo -

21. Mendelius, Ludovicus: Dissertationis juris Communis
et Saxonicus: De reo quaque hecere ex delicto,
corporis afflictione puerum mercante, junta
mand. 219. d. 9. 27 Iulij 1719 Parisiis edita et
aliorum expensarumque restitutio nemus obligatio.

22. Philiippi, Dr. Iustus: De natura, scientia et
conditionis reum, cunctibus, robore atque defec-
tibus.

23. Rinius, Ruyas Flores: De harmonia juris
Grecis cum natura aequitate ostensa in doctrina
de questionibus per tormenta.

24. Rinius, Ruyas Flores: De practis duobus, in quantum
statulis derogant, vel minus?



1723.

25. Schubert, Georgius Alphus: De actore invito ad
agentem provocatus.

26. Schubert, Georgius Alphus: De reintegratione
potestatis patriae.

27. Schubert, Georgius Alphus: De revalta fendi
absque domini censura et resilio facta aliena.
Trone. 2 Sampl

28. Schubert, Georgius Alphus: De verobrone
inofficiosa.

29. Schubert, Georgius Alphus: De folijum one
pro filio fensis maliuum contractante
invicta.



VIII. 528.

16.

1

15

1723, 22.

12

Q. D. B. V.
DISSSERTATIONVM,
DE NATVRALI
SCIENTIARVM ERVDITIONIS
NEXV, LIMITIBVS, ROBORE,
ATQVE DEFECTIBVS,

P R I M A,

SISTENS, TVM PRAECOGNITA
HVIVS THEMATIS NECESSARIA,

TVM IN SPECIE NEXVM IVRIS
NATVRAE, THEOLOGIAE, ATQVE
PRVDENTIAE IVRIS, PRAECIPVE POSI-
TIVI VNIVERSALIS,

Q V A M,
CONSENSV

INCLVTAE FACVL TAT. PHILOSOPH.
PVBLICAE EXHIBET DISQVISITIONI,

P R A E S E S


M. IO. ERNESTVS PHILIPPI,
DRES D. J. V. C.
RESPONDENTE

IO. CHRISTIANO PHILIPPI,
MEGAPOLIT. IVR. STVD.

LIPSIAE D. XII. MAJ1 A. c15 Iscc XXIII.

LITERIS IMMANVELIS TITIL







SECTIO PRIMA,
SISTENS
PRAECOGNITA, CIRCA
HUJUS THEMATIS TRACTATIO-
NEM, NECESSARIA.

§. I



On inquo desudarunt opere, qui in eo *Thematis di-*
comnes intendere nervos, ut *Originem, Pro-*
gressum, Fata, & Statum unius cuiusvis *verfa acc-*
scientia modernum sifferent, quo exinde *peio, ratioque*
perspecti possit, quid in unaquavis haec-
tenuis praestitum esset, quid superesset.
De his ergo viris etiam dici commode
potest, eos *nexus, limites, robur, defe-*

ctusque scientiarum exhibuisse. Ast, in hoc sensu nostrum non est
propositum, *nexus ambitumque* scientiarum evolvendi. Non enim
animus est, sistere illura scientiarum nexus, ubi consideratur, quo-
modo una Scientia post alteram inventa fuerit, sed inquirendum no-
bis erit, quomodo una scientia, ex sua natura, vel aliana generet, vel
alio quovis modo ad eam referri queat. Porro à fine propositi ali-
enum est, sistere limites scientiarum *historicos*, docente nemipe *hi-*
storia literaria; quatenus scientiae haec tenus sint explanatae, sed po-
nam suo loco limites *naturales*, quinam scilicet sit ambitus scientiae,
cum ratione fontis & objecti ipsius, tum ratione humanarum vi-

A 2 rium,

rium, & in fonte & objecto illius scientiae detegendo. Denique, non de eo scientiarum statu sermo erit, quo consideramus, quid de aliqua scientia hactenus dictum scriptumne sit, sed, quousque, tum natura objecti, tum nostræ cognitionis, adeoque totius alius scientiae *natura* permittat, cognitionem certorum objectorum ad summum ad-
igere cacumen, quam, in aliis, gradum sistere teneamur.

§. II.

Siftantur mo-
riva, cur pre-
aigue hoc the-
ma fuerit ele-
sum.

Et hujus rei deductio utilissima mihi visa fuit, quum ipsum
hoc sit in aprico, quanto ordo singularium rerum desiderio appeti de-
beat, quantique interfit, *vires humanae cognitionis* pervertigare. Non
nego, hujus rei viros longe celebriores extitisse, aut existere potuisse
antesignanos, cum quibus etiam meam tenuitatem, ne ex minima
quidem parte, comparo. Sicuti nec meam hujus rei levem intro-
spectionem ita vendito, ut memet ipsum hoc thema propositum ex-
haurire velle, aut exhaustus essem. Interim tamen, quum
propriam hic sequi meditationem proposuisset, non inique videba-
tur actum, si hac in re memet ipsum explorare tentarem, quid humeri
quaesunque mei valerent, quid ferre recusarent. Pace ergo Tua,
Lector Benevolè, liceat expositionem hujus in se elegantissimi thematis,
speciminis, cuiusdam loco, Tuò subjecere acuminis.

§. III.

Alius que-
dam ratione
propositi no-
stru monen-
tur.

Longissime tamen conanam hocce meum a grassante hodie
Polyhistorias studio distat. Non enim animus est, ex qualibet erudi-
tionis parte aliquid decerpere, quod ii faciunt, qui nomen Polyhi-
storis, absque jure, affectant, si, in omni scientia aliquid, & in nulla
aliquid solidi tenentur: sed in eo solum explorabo profectus qua-
lescumque meos, ad quasnam *classe*s commode omnis scientia huma-
na referri possit, quamvis inde *nondum* adhit habitus earum scien-
tiarum, quarum classes *nominare* didicimus: (coll. §. 18.) dein,
quænam exinde scientiarum *discipline*, si naturam sequi velimus,
in specie sint exhibenda, quum non obligati simus, ad peculiarem cui-
libet scientie constituendam, disciplinam, quam, certum solum ratio-
nabilium cogitationum sistema peculiare, in disciplinam peculiarem
reducere soleamus: & denique, quinam sint *termini* naturales disci-
plinarum, id est, quousque, per hunc rerum nexum, homini, non dico
omni homini, sit possibile, seu, ut naturæ humanæ non repugnet, sci-
en-

SCIENCIARVM.

entiam aliquam ad summam demonstrationis principia redigere,
quum circa aliam in manciori cognitione persistere teneamus.

§. IV.

Hoc ipso vero jam intelliges, me scientiam non ubique *rigor*. *Quid, sub nos-*
refo illo, quo disciplinam, ex firmissimis principiis deductam, ratione scientiae
tumque conclusionum ambitum exhaustuentem, notat, assumere sen-
nobis veniat,
fu, sed mihi denotare habitum nostrae cognitionis, per vires naturae
monstratur.
producibilem. Quodsi igitur vires, dataque naturae non sufficerent,
tum ad omnes objectorum proprietates sentiendas, tum certissimam,
ex collectis perceptionibus, seriem demonstrationis hauriendam,
hoc ipsum erit *defectus* ille scientiae *naturalis*, adeoque & termini
naturales. Nec tamen, quantum huic rei introspiciendæ vires meæ
sufficien, praterib[us], quenam scientia, meo quidem tenuissimo ju-
dicio, completum illum scientiae conceptum ferre queant. Huc
vero multum facere utique cognovi, ne quis sibi ipsi sufficere blandia-
tur, ita, ut alios contemnat, sed, licet quis *primario* ad proprias excu-
tiendas vires obligatus sit, tamen, quum non omnia sciamus omnes,
merito & aliorum labores hanc in rem consulet. Quo magis enim
quis, post exactam prius *proprietate judicet* aciem, aliorum examinan-
dae cognitioni operam navabit, vero veritatis indagandæ stimulo-
ductus, eo magis inde dignoscet, quousque scientia jam ad natura-
lem suum deducta fuerit terminum, & quid, adhuc dilucidius evol-
vere, ipsi sit relictum.

§. V.

Quum autem *naturalem* scientiarum nexus sumus positiⁱ, *Quinam sine*
(per rubric. disser.) sane primo loco, nunc ipsi omnis scientiae fon-*fons omnis*
tes naturales ponendi videntur. Hic vero, uti notum, duos depre-*scientiae na-*
hendemus fontes generalissimos, nempe *perceptionem* & *sensu[m]em*, *turales*, *sc.*
quam utramque generali *consci* notioni includo. Num forte igitⁱ *perceptio* &
tut scientiae dispisci poterunt, ut videamus, quenam ex perceptioni-*sensio*.
bus, quenam ex sensu[m]ibus, sint derivandæ? Ass, quum ad ambi-
tum scientiae naturalem exhaustendum, omnes fontes sint referendi
qui in *natura* rei sunt fundati; Jam vero in natura tam perceptio,
quam sensus, fons cognitionis sit; Sane, quodsi disciplina quedam
ex utroque fonte deducenda esset, si *naturalis* ejus exhaustendus esset
ambitus, alterius non sufficeret: Jam vero si omnes percurrire:

velimus scientias, deprehendemus, nullam esse, quæ, absque combinatione utriusque fontis, ad fatigium suum *naturale* deduci posset. Promiscui ergo sunt fontes sensio & perceptio, adeoque nec ex altero classis scientiarum ponenda, quod aliæ essent, quæ ex perceptione, aliæ, quæ ex sensione, derivandæ. Uterque enim fons, ad naturalem scientiam habitum acquirendum, aliquid confert, quod, ex ipsa utriusque fontis natura, dignosciri poterit.

§. VI.

Negatur ex natura primi ne primi in omnibus hominibus incipientis concii, ut & unus fontis, nempe omnisi cognitionis de rebus, extra nos positis, quatenus earum cognitione naturæ mentis non aquæ involuta, ac perceptio sui ipsius, sed in eam introducitur per sensus externos, scientiæ fons est. Et tamen ipsa perceptione, peculiari mentis, a sensione diverso, actu, cognitionem *de rebus externis* adaugemus, quia mens non solum, ex vi sua, abstractos former conceptus deensionibus, hosque quasi in essentiam suarum propriarum perceptionum mutet, sed, ex hoc ipso, varia *incognita* detegat; *eatenus* incognita, quodsi *communem* hancce pluribus sensione, in *hoc* obiecto non per ipsam *reiteratam* sensione, sed conceptum abstractum detegat. Imo hac in re unus p̄ se alio felix est, ut, ad quod ille per *peculiarē* sensione denuo pervenit, hic, per propria ad se, suasque *jam* habitas sensiones, attentionem, deveiat.

§. VII.

Negatur ex natura alterius fontis, nempe perceptiōnis. Quod vero ad alterum cognitionis fontem, in natura nostra fundatum, *perceptionem* scilicet, attinet, omnium, quarum nobis ipsi sumus concii, perceptionum, eatenus unicus fons est ipsa perceptio, quia nunquam *fidem* haberes, si quis dicaret, hoc & illo modo aliquid in mente evolvi, has & illas esse mentis operationes, nisi hujus *internæ* evolutionis & operationis esses *consciens*. Vnde nec unicum verbum *perceptionem* aliquam immediate communicat, sed solum signum est, *propriam* tuam in te habitam *perceptionem*, *jam* in mentem revocandi ex quo, & posita simul *relatione* perceptionum, quod obiter morere liceat, possibilis est harmonia omnium hominum in *sermone*, littera in quovis *plane* *attud* *perceptionum* evolveretur Systema. Contradictionem denique vocamus, *combinationem*, duarum invicem oppositiorum.

positarum perceptionum vel sensiorum, qua scilicet, posita una tan-
quam vera, in hoc id earum nexus, altera necessario falsa est.

§. VIII.

Quemadmodum vero, ex *combinatione* perceptionum diversi-
moda, novae perceptionum oriuntur *series* atque *relationes*: Ita,
quum verba sint signa perceptionum (§. 7.) etiam vides, novam
verborum combinationem novam perceptionum seriem atque re-
lationem utique in nobis metu introducere posse. Verborum
autem communicatio quum faciat speciem sensiorum; Jam ve-
ro tota sensio adeo arctum, in augendam internam scientiam, influ-
xum habeat: (§. 7.) etiam ipsam sensiōnē multum ad nostrum ipso-
rum facere percutitionem cernes. In specie vero, quum *attentio-*
nem propriam sensorum dicamus experientiam; Jam vero in propa-
tulo sit, quum scientiae ambitus ex experientia hauriri queat; Tan-
dem autem, quum alios homines tot sensioribus convenire nobiscum
deprehendamus, ut ei, quod ipsi senserunt, fidem habere, certis cir-
cumstantiis certissimam queamus; et que, uti & *enarratis* eorum, quas
habuerunt, perceptionibus, quum in nobis nullam deprehendamus con-
tradictionem, fidem veritatis probabilissimam sepe, & demonstratio-
ni sere æquipollente, dare possumus: Sane & hac ratione scientiam
internam, per experientiam augeri posse, deprehendes.

§. IX.

Et novo quo-
dam argu-
mendo confir-
matur.

Dicla vero (§. 6. 7. 8.) sicuti satis evincent, cur scientiarum ne-
xus minus accurate ratione fontis *communis* tradi queat: Ita hic acce-
dit, quod non, a primis incunabulis, ita attenti fuerimus, ut ubique an-
notassimus, quid per perceptionem, quid per sensiōnē cognovisse-
mus. Hec enim si existeret in nobis recordatio ordinis, singularium
sensiorum & perceptionum, adhuc *aliqua* ratio, scientias ita dividendi
esset, attamen etiam non adeo proficia, quum inde *nil amplius* col-
ligi posset, quam, quod in hoc individuo ejusmodi naturale incremen-
tum contigisset, ex quo vero nulla regula atque *extensio* ad omnes ho-
mines elici posset.

§. X.

Supponendi ergo sunt hi fontes, nexus vero scientiarum secun-
dum aliam normam considerandus. Et hic in mentem veniebat,
utrum hinc forte relatio, trutinae mentis subjecta, accurata esset, qua
Sistit obje-
cum cognitio-
nis generalis-
simo; que spu-
li.

Bicet versatur scilicet notum est, nostram cognitionem versari vel circa detegendos errores, vel circa investigandas veritates. Jam utique necessarium erudit, vere talis, requisitum est, ut verum a falso distingvat, adeoque ut determinare possit, quid error sit, quid veritas, quum alterum solum esse queat. Immo, quum tantus, in *omnibus* eruditio*nis* partibus errorum mendaciorumque sit *cumulus*, sane is molem in se suscipiet gravissimam, aque ac utilissimam, si quis hic abique errores a veritatibus segregaret.

Cur hæc discernere eruditus, debeat? Si enim v. g. solam sumamus philosophiam, tanta hic errorum colluvies expungi posset, ut spondere*n*, *totum systema* aliquod philosophicum, quatenus solum ostenderet, quales, incipientiis ejus singulis, deprehendantur errores, condī posse. Immo, quod si quidam errores *inveterati* sint, hi in ipsis disciplinis in specie eradicandi prius videntur, quam veritatum, *proprie* sic dictarum, fisti que at nexus, quum alias mixtum potius veri fallique emerget Chaos, licet in titulo nomen Philosophia*e*, Theologia*e*, Jurisprudentia*&c.* *divine* præfixum habet. Quid? quod hic demum labor utilissimus fore, si ostenderetur, quomodo homines ad ejusmodi errores pro veritatibus astutus, imprimis quoad externam confessionem, ab interna convictione distantem, vel aliquo *commendo* vel *adfectu* vel *malitia*, pro varietate circumstantiarum, permoti fuerint, quosque *fines* pertinacia sua habuerint, quibusque *speciosis* velamentis cutem, vel leoninam, vel vulpinam, obtegere, afeclasque corraderem annisi.

Quid observandum, ne hic excedatur.

§. XI.

Id vero de nullo *veritatis* amico spero, aut præsumo, sed ingenue potius profiteor, me semper proclivem fuisse, & fore, ad aliorum opinions, erroris inculpatas, magis defendendas, si unquam, absque veritatis indeque in nos existentis obligationis, *detrimento*, fieri potuerit, aut poterit. Niūia enim carpendi lues impedit *attentionem*, ut quis ne *senium* quidem alterius capiat. At sane omnis scientia nostra per *attentionem* *incipit*, & *crescit*, adeoque, que magis quis attentus est, annon forte & alter vera loquatur, aut loquutus fuerit, tunc multo facilius, ex *collatione* *totius* *systematis*, robur aut imbecillitas demonstrationis dignosci potest, quam si quis, priusquam *historice* mentem aliquius plene cognoverit, *judex in limine* existere velit. Saltem adeo rationabilem de aliis soveo fiduciam, ut, quod de me scio, idem boni de aliis *sperem*, doleamque, si hæc bona memet spes fallat, aut fellerit.

§. XII. Li-

§. XII.

Licet vero, in omni scientia, obligati sumus, quantum hujus rei datur naturalis *potes*tar, ne errores immisceamus; licet etiam, in ipsa veritatum demonstratione, simul potiora mendacia, cur scilicet hoc nomine iure sint insignienda, commemorare utilissimum sit: (§. 10.) attamen, quum jam mecum perpendem, an si generalem scientiarum nexus, eumque naturalem, sistere vellemus, ille optimus foret, adeoque, ad eum eligendum, obligati essemus, ut scilicet, in quavis scientia, peculiare caput errorum, & peculiare dein deum veritatum, adfruieremus. Et hic, neque ex conceptu obligationis, neque scientiarum natura, ad hancce nexus speciem collata, id eruemus, ut præcise hic nexus esset præferendus. Si ergo multum concedam, nexus ejusmodi *arbitrarius* foret, h. e. licitus, quamvis non iuslus. Ast sic nemo nos arguet, quod aliam elegerimus methodum. Quamvis enim ipsi mea, quam elegi, methodus etiam, certo respectu, solum foret arbitria: tamen hic jam major in me ratio exitit, hanc priori præferendi, quod in eo, quod *arbitrarium* est, ipsum propositum nostrum, unum præ altero eligendi, rationem electionis sufficientem dare videatur.

§. XIII.

Id tamen, ex ante dictis, lucratu fuimus, ad *nexus* scientiarum plene demonstrandum, & *fontes* certos & certa *objec*ta esse assumenta. Unde *nexus scientie* est *relatio fontis alicuius scientie proximi*, *ad proximum ejusdem objectum*. Hic vero in specie quedam, tum ratione fontis, tum objec*tum*, notanda videntur. Nempe fontes scientiæ proximi sicut *initium atque incrementum cognitionis*, de *illa* objec*torum* serie, que ad *hanc* in specie scientiam spectat: sic v. g. multas doctrinas, quas jam, ex revelatione deum divina, cognoscimus, non cognovissemus, si hoc fonte desituti fuissimus. Quatenus ergo revelatio *primam* horum objec*torum* nobis communicat cognitionem, iplumque harum doctrinarum nexus, etenus fane revelatio *fons scientie* Theologicæ est: adeoque, si secundum hanc relationem, in nexus unius scientiæ cum altera inquire vellem, idem esset, ac, quamnam *conclusiones objec*taque ex principio hujus scientia non derivari queant, sed peculiarem requirant fontem. Sic v. g. id quidem natura tanquam rationabile agnoscit, quod certus *expressus* gentium

*Nexus scientiarum; ratione objec*tum* generalissimi, arbitrarius' jolum est.*

Definitor ne-
xus scientie,
atque expli-
catur, ratione
fontis, quinam
orientari nexus.

consensu^s eas invicem obligare possit, ast ex natura mentis non evin-
cere possum, an gentes eiusmodi consensum expressum inierint, sed
hoc ex his toria rerum, inter gentes gestarum, dignoscendum. Vnde
jus naturæ non sufficere dicimus, ad eas conclusiones suppedandas,
qua ex jure gentium derivantur, quam jus naturæ hypothetice hic
folum decidat, id est, posito v. g. hoc pacto, expresse inito, ponit
tur certa inter gentes obligatio: auero ejusmodi pactum extet, in di-
sciplina juris gentium disquiritur.

§. XIV.

Quenam disciplina in specie fint tractanda.

Quum vero, in omnibus scientiis, quæ peculiare proximum prin-
cipium habent, & peculiaris scientiæ nomen gerunt, id finus depre-
henſi, quod non novum aliquod peculiare principium *perceptionis*
sunt; quippe nullius scientiæ principium, naturæ nostri inter-
ni concii, contradicere, nec *sublimius* perceptionis, quam *ipsa percep-*
tionis, principium dari potest; (§. 5. 7.) ast peculiaris *sententias* suppedantur
principium, quod ratio tanquam verum admittit: vides, vice versa,
jure ibi *peculiarē scientiam* esse consiliuendam, ubi *peculiarē* de-
prehendimus principium *proximum sententias*; licet tandem omni-
um scientiarum proxima principia, ad principia, nostri ex perceptio-
nibus concii, relata, ab iisdem, *tanquam rationabilita*, adprobentur.
Sicut & tandem, ubi non peculiaria adhuc proxima *sententias*
principia, peculiares scientia non ponendæ sunt, nisi, ob *nūnūm* ob-
jecti ambitum, commoditatissime cauſa, scientiæ dividantur.

§. XV.

Quatenus, ratione obiecti, nexus scientiarum sistendus.

Porro circa *objecta* scientiarum quedam denotanda sunt, quæ
basis sunt, inde sequentis scientiarum nexus. Nempe sub *notione objecti*
comprehendo omne, quidquid *ambitum* alicujus scientiæ efficit &
terminat. Omnis autem scientia certa habet *objecta*, tum remota-
rum proxima. *Remota* sunt omnia illa *postulata*, quæ in aliqua
scientia sunt *supponenda*, ast *non in eadem demonstrantur*. Sic v. g.
si in jure nature evincere, quatenus, ex voluntate *principiis*, ratio-
nabilis obligatio introduci queat, *jus civile* hoc juris naturæ principi-
um *supponit*; quam vero jam in jure naturæ sit demonstratum,
non in jure civili *denuo* demonstrandum est. Inter *objecta* proxima
scientiarum quedam sunt *materialia*, quæ sunt ipsi fontes scientiarum
proximi, & conclusiones inde deductæ. Sic v. g. *materiale objectum*.

Theo-

Theologiae, sunt credenda & agenda, in sacro codice revelata: quædam vero sunt *formalia*, scilicet finis scientiarum, tum *ultimus*, tum *intermedius*. Sic Theologia intendit essentia beatitudinem hominis, ordinem salutis ineuntis. Datur quoque peculiare scientiarum objectum *personale*. Sic Theologiae objectum personale est hominivator. Si igitur nexus scientiarum, *ratione objecti*, sistere velimus, prius ostendendum, quænam *supposita* una scientia *communia* & *peculiaria* habeat, dein, quodnam cuiuslibet sit objectum *materiale*, *formale* & *personale*: tandem, quatenus objectum *hujus* scientiae ab objecto alterius scientiae distinctum sit, adeoque, quomodo una scientia, cum diversis aliis, *diverso* gaudeat *nexus*.

§. XVI.

Ex dictis patebit, omnes scientias habere tum *nexus* quendam *internum*, tum *externum*. *Internus* est ejusmodi relatio principii scientie proximi, ad objectum ejusdem, ut nec plus sit in objecto, quam est internus *Nexus scientiarum alius* in fonte, nec plus in fonte, quam objecto, adeoque sistit ipsum *alias exter- ambitus terminumque scientiae in se*. *Externus* est relatio fontis *nus*.
E & objecti proximi unius scientie, ad fontem & objectum proximum alterius. V.g. si nexus Theologiae demonstrare proponerem, *internus* foret, connexio totius analogia fidei, cum principio revelationis divinae; *externus* vero, pro varietate scientiarum, cum quibus conferri posset, diversus foret. Interim, si v.g. cum Jurisprudentia conseratur Theologia; hic ostendendum foret, quomodo fons Theologiae à fonte Jurisprudentiae, item utriusque objecta invicem discrepent, quinamque sit illius differentia conceptus abstractus. Quum vero omnes scientiae in fontibus *communissimis* convernant (*§. 5.*); una vero scientia, ratione cognitionis & hujus evidentiae, magis cum aliquo fonte communis cohæreat, quam altera: (sicut v.g. si, in Jurisprudentia civili, aliquid ex sensu legis demonstretur, hic vero dubius sit, non ad ejusmodi convictionem effemus deventuri, quam, si ex sola conscientia casus ille esset decidendus, quamvis id rationabile foret, ut hic casum illum ex lege civili decidere queatus) hæc ultima *summaque scientiarum relatio* est, qua sit ad scientiam fontium *omnis cognitionis communium*: ex quo ipso patet, quod aliqua ejusmodi prius ponenda, ad quam *ultimo omnis veritas recurrat*, tanquam ad *prima principia inde-*

Alius communis.

monstrabilia, i.e. quæ longa non opus habent demonstratione, modo voces intelligamus. Hanc, suo ordine, tradet §. 2. Sect. II.

§. XVII.

*Quarumnam
scientiarum
nexus hic sit
sistendus, sc.
scientiarum
eruditionis.*

*Sistetur com-
pletus erudi-
tionis conce-
ptus, attamen
nominalis.*

*A completo
nominali eru-
ditionis con-
ceptu differt
completus rea-
lis.*

Hactenus dicta sicuti sistebant in genere, quid requiratur ad nexus scientiarum demonstrandum; ita jam accuratus ipsum *objecitum nostrum thematis*, quarumnam scilicet scientiarum nexus sistere proposuerimus, evolvendum, in præcognitis hisce, videtur. Nempe (per rubric. disert.) agemus, de nexus scientiarum *eruditionis*: adeoque earum scientiarum, quæ ad ambitum eruditionis *non pertinent*, nexus prorsus non indagabimus, sed & ipsas scientias (§. 4.) & earum nexus silentio præteribimus. Hoc ipso vero, tum in genere conceptum eruditionis admitto, tum in specie innuo, me eas solum scientias, quæ, meo quideam tenuissimo judicio, aliquid ad ambitum eruditio-*nis faciunt*, quarumque cunctis *nomen eruditorum* impetrare sollemus, in nexus ipsarum esse consideraturum. Hic vero quidam *completus eruditionis* conceptus, attamen prius nominalis, ponendus esse videtur, ut inde omnes scientiae dijudicari queant, an possint *dici* & *esse* scientiae eruditionis, & quænam nec sunt, nec inde dici debent eruditio-*nis scientiae*. Hic enim duplex est finis nominalium definitio-*nium, ut ex Logica confiat. Hoc igitur respectu eruditio-*nem* voco *habitu mentis per sedulam attentionem ad suas perceptiones ac sensiones acquistum, consilientem in solidâ, veritatum necessariarum & utilium, cognitione, earundemque, ad sui aliorumque felicitatem, quantum sua natura hoc faciunt, applicatione.**

§. XVIII.

Ast, quod si hic eum denum, sensu completo, *unice eruditum dicere* vellemus, qui *summam*, id est, omnem possibilem homini cognitionem *veritatis atque felicitatis, actu possideret*, quodnam quæsto extitit, aut existet inter homines individuum, quod sensu illo completo, dici posset eruditus? Nam, licet solum afflumatur cognitione, *homini possibilis*, i.e. ut natura humana non repugnet; tamen, quoniam homo non habeat habitus eruditio-*nis infusos*, sed potius successive ad majores progrederiatur perfectiones; omnis vero successio supponat *remorationem aliquam effectus consequentis, cum antecedente*, adeoque tempus aliquod; nos vero insuper multum perdamus temporis otio, vel aliis, ad vitam sustentandam, necessariis utilibus & voluptuosis acti- bus:

bus: fane, si jam viceversa recolas, quantum requiratur temporis, si unus homo illud addiscere deberet, donec, sensu summo, eruditus dici posset, artas, viresque unius hominis non sufficient. Attamen, quin possibile sit, ut unus homo ita generalem eruditio[n]is ambitum concipere queat, ut latitudinem objectorum cognoscibilium sistere possit, quamvis solum in quibusdam habitum acquirat eruditio[n]is; (coll. §. 3.) quumque adeo complexus ille scientiarum naturalis sit, i. e. naturae conveniens humanæ, licet non ex habitu unius hominis desunatur; immo, quum completus conceptus sit perfectissimus, quamvis in nullum caderet individuum: nos hic omnes illos vocabimus quidem eruditos, quibus tota antea (§. 17.) posita definitio tribui poterit: falsa tamen distinctione, inter completum conceptum eruditio[n]is nominalem & realem.

S. XIX.

Ad realem enim eruditio[n]is conceptum completum omnes eruditio[n]is scientia aliquid conferunt, & harum scientiarum comple[x]us continet denum totam eruditio[n]em. Vnde quævis est pars eruditio[n]is, & cuius eruditæ scientia, nominalis definitio eruditio[n]is (§. 17.) competere debet completa, quamvis non realis completa. Dicimus ergo, v. g. Theologos esse eruditos, J[uris]C[on]sultos esse eruditos &c. id est, quod omnes haec scientia quasi suam particulam ad summum eruditio[n]is conceptum realem conferant, quo postea elicito, non dicere possum v. g. solam Theologiam, aut Jurisprudentiam, aut Medicinam, &c. &c. jam sistere completem realem, i. e. totius eruditio[n]is conceptum. Idem enim est, ac si reliqua scientia ab ambitu eruditio[n]is excluderentur, quum tamen omnes illi eruditæ dici velint & mereantur, quamvis singuli aliam teneant scientiam. Illustrare hoc & exemplo poterimus: v. g. Si cuidam, per rei veritatem, competenter omnes fundatae potestatis species, tunc jus ejus reale foret completum: secundum nomen vero, ad omne id datur jus, ad quod rationabilis potestas. Hic conceptus infernit ad distingvendum justum ab injusto; ast non sequitur, cui nomen hoc competit, illi & completus realis juris conceptus, quamvis aliquod reale jus habere debeat.

S. XX.

Hoc ergo patet, eas scientias artesque non ad ambitum eruditio[n]is referendas, adeoque nec nos carum nexus limitesque prolati[us] ros, ubi, vel definitio eruditio[n]is (§. 17.) plane locum non habet, vel

Omnes scientie, quibus quadrantibus eruditio[n]is conceptus competit, ali- quid ad comple[ti]um ejus conceptus conferunt realem.

Ab ambitu eruditio[n]is excludantur scientia, qui-



*bis vel defini-
tio vel no-
men eruditio-
nis non com-
petit; adeoque
nec harum hic
sufficit nexus.*

Si etiam sensu quodam, ad modum stricto, earum cultores, secundum rem, eruditici possent, tamen, ex usu loquendi, nomen eruditorum non gerunt. In priori relatione ab ambitu eruditionis excludo scientias noxias, i. e. noxam pro fine effectuque habentes, ut & minus utilles, hoc scilicet respectu, quod, licet quis eas teneret, tamen, si nihil amplius praestitisset, prorsus nomine eruditii indignus esset, si vero tanquam parerga tenuisset, quod non propter has eruditus sit dicendus. In posteriori relatione excludo ab ambitu eruditionis omnes artes inferiores, ad vitam sustentationem aut commoditatem facientes, omniaque opificia. Licet enim dici queant, facere aliquid ad felicitatem hominum, tamen non exinde v. g. pistores, fartores &c. & quemcumque denique artificem aut opificem eruditos dicere solemus; quamvis, si eruditus eas calleret artes, & quidem, ut & hic omnia per rationinum atque per causas dederet, hec erudita de opificiis & artibus cognitioni dici posset. Propter tamen solam hanc cognitionem dubito, an usu loquendi, audiret eruditus, licet quis, v. g. opificium pistorum, etiam methodo mathematica, qua tamen, inter methodos demonstrandi, summa est, deduceret. Pistor enim hac cognitione non opus habet, eruditus vero melius facit, ut hujus elegantissima methodi digniora eligat objecta, quum non sola evidenter cognitionis, sed & nobilitas objecti, scientiam eruditam ab inerudita distinguat.

§. XXL

*Transitus ad
silvarem se-
zionem.*

Plura adhuc addi possent, ad enucleandam nexus notionem, nisi brevitate studendum esset. Insuper, quum, si scientiae ratione fontis & objecti genuine invicem conferantur & connectantur, huc omnia referri possint; (§. 13.) haec tenus vero explicatum sit, quatenus, ratione fontis & objecti, scientiae sint connectenda: jam ad ipsam progredi poterimus

SECTIONEM



SECTIONEM II.

SISTENTEM

REALEM SCIENTIARVM
NEXVM.

§. I.

Quum nexus scientiarum *realēm* eruere proposuissē, initio flatim fēse offerebant *quatuor* illi omnis eruditio-
nēs cancelli, quod nempe omnis scientia vel ad Theo-
logiam, vel Juriſprudentiam, vel Medicinam, vel Philo-
sophiam, referri soleat. Ait hic *ratio* prius suppedanda videbatur,
cur omnes scientiae his praeceptis fuerint inclusi cancellis, anque suffi-
cienter, ad totum eruditio-ambitum huc concentrandū. Dein,
quām generalissime unius cuiusvis fontes atque objecta mihi preſen-
tare, videbam quidem, quod singula a te invicem, ratione princi-
pii & objecti proximi, different: (ſe v.g. Theologus unice verbum
Dei, tanquam fontem extēnum ipsorum dogmatū theologia af-
ſumit, fidemque, tanquam principiū internum, cur unice ſcriptu-
ram pro fonte agnoscat, veritas autem per fidem ex verbo Dei
haufas, objecta tue scientiae facit; in quo utroque utique a Jurecon-
ſulto &c. diſlat) ne mihi vero in *limine* hic objici posset, hoc prius
eſſe demonſtrandum, fidem, tanquam peculiare principiū peculiariſ
scientiae, aſſumendam eſſe: (ſane altior demonſtratio necessaria hic
videbatur). Quāmque igitur ſapius ſapiusque cogitationes invicem
revolvifsem atque transpoſuſsem, dubiusque initio eſsem, queanam
ſerieris tibi mentem meam optime declararet, *hac tandem*, que inſe-
quitor, fixa manſit, adeoque ſpem dedit, me per hanc voti intentio-
nisque mea compotem fore.

Sijſit, car non
ab initio fla-
tim scientia-
rum nexus
realēm ſecu-
dum & illas
ſicutaros &
eruditio-
nēs
confiderare
queamus.

§. II.

Nempe in eo convenimus omnes, finem omnis scientiae erudi-
tionis eſſe felicitatem noſtrā. Merito ergo eandem, inſtar baseos *locō ponitur*
totius inſequentiſ traſlationis, ponere & exinde *nexus scientiarum finis omnis*
realēm eruere poterimus. Generaliſſime exerciſium ejus, *ad quod eruditio-*
per se. felicitate-

*que est juris
naturalis.*

per naturam nostram jus habemus, felicitatem voco. Tribus ergo ideis totus felicitatis substat conceptus; scilicet juris, naturæ, & exerciti ejus, ad quod natura jus habemus. Generalissime ad *omne datur jus, ad quod datur rationabilis potestas.* Non vero dicemus, ad aliquid dari rationabilem potestatem, nisi & dicere queamus, dari ad illud jus. Quum vero distinguanus *id, ad quod jus habemus, & ipsum jus: jus ipsum proprie est effectus rationabilis potestatis abstractus.* Porro autem *natura hominis, secundum conceptum suum summum, est concentus certarum operationum, ex rationabili hominis potestate prodeuntium:* Rationabilis potestas autem hominis est *vis humanae substantiae, actus quosdam committendi, aut omitendi, ad quos homo, ex essentia ipsius animæ & corporis, atque nexus sue substantiae cum universo, summoque omnis juris & obligationis principio, jus & obligationem habet.* Quaecunque ergo operationes ex ipsa hominis sequuntur natura, ad illas habemus jus. Neque tamen jus & natura sunt idem, quum natura sit substratum juris, jus effectus naturæ. Si ergo utrasque combinemus ideas; resiliet *jus naturæ.*

§. III.

*Principium
juris natura-
lis cognoscen-
tiæ consci-
entia nostra.* Jus naturæ ergo est *ipsa quedam potestas rationabilis ad id, quod ex natura humana sequitur.* Qvotigitur erunt species rationabilium ex natura operationum, tot erunt species juris (§. 2.) natura com-potentis. Nihil vero in natura nostra fundatum est, nisi habeamus per conscientiam. (Seçt. I. §. 5.) *Conscientia est actus mentis reflexus, illud affirmantis, quod percepit, vel sensit, & negantis, quod percepitioni vel sensioni contradicit.* Conscientiam ergo tanquam principium, naturæ nostræ cognoscendæ, ponere possumus. Quidquid igitur per conscientiam nostram sequitur, illud naturale nobis est, adeoque ipsius nostri naturalis juris cognoscendi principium est conscientia, & quidquid contradicit conscientiæ, illud injustum est. Merito ergo sublimitas conscientiæ humanae primo loco investiganda, quum hæc sit vera animæ via; & evoluta magis magisque conscientia, ipsa augeatur scientia.

§. IV.

*Consciens nos-
tus nobis tum
alienus obli-* Jam, si in nostram ascendamus conscientiam, in nobis deprehendemus certam conscientiam obligationis, certam conscientiam liberi-

bertatis; adeoque non solum, quidquid vi libertatis, sed & vi obligatio-
nitis facimus, jure agimus. (conf. §. 2.) Quum vero dicamus, in no-
bis deprehendi conscientiam obligationis & libertatis, scias, quæso,
hanc loquitionem nobis non esse *synonymicam ei*, si diceremus, dari
obligationem & libertatem conscientiæ, quamvis propositio hæc ve-
ra sit. (§. 5.10.) Est vero conscientia *obligationis*, actus animæ reflexus,
ejus, quod de obligatione, ipsi per naturam competitura, eadem per-
cipit aut sentit. (§. 3.) Conscientia *libertatis* est, actus animæ reflexus,
de eo, quod de libertate, ipsi per naturam competitura, percipit & sen-
tit. (coll. §. 2.3.) Quid ergo de utraque percipiamus, & sentiamus, in
specie est similem; quum ex hoc ipso demum *plenus obligationis li-*
bertatisque conceptus resiliat, quem si, priusquam *res* eslet demonstra-
ta, possemus, idem fuisset, ac si eo usque, donec fuisset res demon-
strata, verborum *fidem* postulassemus, quæ hodie tamen rara est, quam-
que nec ipsi cupimus.

§. V.

Primum autem, cuius nobis conscientia sumus, est id, quod, quate-
nus perceptio est fons nostræ cognitionis, (§. 7.8. Secf. I.) catenùs
nullius objecti sumus conscientiæ, nisi percepimus, æque uti, quatenus
sensio est ipsius nostra cognitionis principium, (§. 6. c.l.) nullius objec-
ti sumus conscientiæ, nisi senserimus. Si vero aliqua in nobis extitit
perceptione, aut sensio, id falsum foret, quod non percepissimus, aut
sensissemus. Non potest enim idem simul esse, & non esse. Ipsius
vero hujus propositionis, tanquam vera adsumendæ, tantam habe-
mus obligationem, ut ipsa adsit obligatio conscientiæ, & talis qui-
dem, ut animæ cogitare impossibile sit, cuius sensisse aut percepisse
conscientia est, quin senserit, aut percepit. Hæc ergo est *conscientia obligationis*, aliquid pro vero assumendi, quum *veritas* hic nihil
aliud esse queat, ac *conspiratio sensonis aut perceptionis*, cum *conscientia veriusque*. Porro adeo in nobis obligatio quedam interna
conscientiæ, illud, quod tanquam *bonum* percipit, aut sentit, appeten-
di, quod tanquam malum, fugiendi. Et hæc est *conscientia obliga-*
tionis, ad bonum appetendum, & malum fugiendum. Hoc ergo
duplici respectu mens nostra *libera non est*, ita, ut impossibile menti sit,
aliquid tanquam verum assumere, quia conscientia est, falsum esse, aut
aliquid tanquam bonum assumere, quia conscientia est, malum est.

C

§. VI. Da-

Conscientia obligationis est vel sim-plex, eaque rurjus i.) ad aliquid pro vero assun- dum:

2.) *ad bonum appetendum, & malum fu- giendum.*

Duplex que- dam libertas animæ inde impossibilis

§. VI.

*Vel conscientia est compo-
sitæ, ex plurimi-
bus perceptio-
nibus atque
fensionibus. atque*

Datur vero adhuc *alii* conscientia obligationis, quæ *demum ex* collectione atque relatione plurium perceptionum aut fensionum oritur. V. g. Ego istæ minime quidem negant obligationem internam, ad certas rerum imagines sibi representandas, ponunt vero solum necessitatem representationis, negant, quod hæc representatione inde sit necessaria, quia illæ res ita, extra mentem in certo spatio, existant, uti representantur. Hic profecto, si veritatem existentia rerum extra nos, ad internam usque conscientia obligationem, deducere velimus, *sola* conscientia habita representationis non sufficit, quum id solum necessario infestat sensio habita, falsum fore, si dicere vellemus, nos eam non sensisse. At quum possibile sit, ut in ente aliquo evolvatur necessario quoddam representationis, licet extra illud nullum reale existat objectum: plures fensiones atque perceptions hic supponendæ sunt, priusquam mens intere obligetur, pro vero id assūmere, quod hæc jam in se non evoluta fuisset sensio, nisi actuale quoddam extra se objectum eandem excitasset.

§. VII.

*Quanam li-
bertas boni-
ni competat,
zum circa ve-
ritatem:*

Primum inde libertatis speciem resilire videmus, sc. quotiescunque certa conscientia, deinde ex certo perceptionum fensionumque, ad conscientiam esse reducto, complexu, oritur, toties eo major gradus libertatis affirmandi & negandi est, quo plures adhuc desunt perceptions & fensiones, ad illam conscientiam perducendam requiri. Et hoc est quoque sors probabilitatis, ejusdemque graduum. Ipsa vero conscientia, quæ ex obligatione est, (§. 5.) judex est, qua in re detur libertas, & quoque duret, donec & hic nova conscientia introducatur obligatio. Hec vero libertatis species, sicuti, ex ignorantia nexus, certarum perceptionum & fensionum cum ipsa conscientia, proveniebat: ita mens nostra adhuc alius sibi conscientia est libertatis, circa perceptionem & fensionem, nempe libertatis combinationis. Per hanc intelligo potestatem mentis, seriem certarum perceptionum aut fensionum, alio ordine transponendi, & combinandi, quam quoceperit, aut sensit; ita ut hujus combinationis unica ratio ipsum *propositum* nentis, hac in re libatum, dari queat. Propositum vero in mente est actus, quod id, quod

pro

pro *ratione* combinationis jam assūmit, allūmēre potest, & vult, ita ut ratio acquisientia non sit natura sensiōnis aut perceptionis, sed libera mentis inclinatio ad acquisientiam, in actib⁹ quorum amborum, & hoc & alio modo combinandorum, eadem datur potestas, ita ut, quia sunt eidem æque possibiles, *electio* non possit non sufficiens esse ratio. Ait Iane, quotiescumque competit electio, toties arbitrium competit. Arbitrium vero habere, & non liberum esse in eo, quo competit arbitrium, sunt contradictiones: adeoque, si in arbitrio animæ nonnunquam sit perfidendum, libertas animæ ipsa ratio erit determinationis. Propositum autem animæ, quatenus ei est arbitriatum, & liberum est, i.e. quod ratio sit in eo ipso, quod sibi proponat.

§. VIII.

Hæc vero conscientia libertatis sicuti veritatem pro objecto habebat, quatenus scilicet aliquid, pro vero habere, ipsi naturaliter liberum sit: ita quoque, si objectum desiderii bonum aliquod sit, certam quandam desiderii libertatem naturalem habemus. Nam & hic sibi prius plures tensiones atque perceptiones concurrere debent, priusquam ad conscientiam deveniamus, esse illud bonum, adeoque appetendum. Immo & hic *propositum* aliquod mentis sibi ratio esse potest, cur aliquid nobis bonum malumve, gratum ingratumve, videatur, si v.g. tensio objecti aliquid, aut ejus perceptio, non sufficiat, ipsam objecti bonitatem aut malignitatem sentiendi aut percipiendi, ex hoc ipso, quia, cum illa tensione objecti, non tensio grati necessario est connexa, libertas quædam competit, in utramque partem tensionem referendi. Et hic ergo libertas desiderii vel orietur, si objecta quædam plane non senserimus aut perceperimus; tunc enim utique signoti nulla cupido, vel, quod habere tensiones non ita vivaces fuerint atque sufficientes, ut mens inde obligata fuisset, ex ipsa tensione, ad illud objectum pro bono habendum, adeoque nec ad desiderium combinandum. (§. 6. 10.)

§. IX.

Ait hic, quando de eo, quod naturaliter liberum est, loquuti sunt fontes liberius, sollicitate distinguere debemus, quomodo dicatur homo naturaliter facere, quod si scilicet inde jus hominis naturale deducere vel, sunt distinguendus, quatenus. V.g. enim, si defectus certæ conscientiæ, ex labore, imputa-

Tum circa
bonitatem as-
que desideri-
um.

tionem habente, esset; jamque *dici posset*, labem naturalem esse, tunc quoque defectus conscientiae, indeque pendens libertas, *naturalis* foret, i. e. consequentia labis. Neque tamen inde homo dici posset, agere secundum *jus natura humana*; quum non eadem consistat in corruptione conscientie, quamvis corruptio conscientiae & abusus libertatis, per labem ingressa esset nostram naturam. Hoc ipsum ergo prius perspicendum, *quatenus conscientia nostra vel obligationis vel libertatis, sit perfectio, aut quatenus imperfectio naturalis*. V. enim, si iam naturaliter evolveretur, propter corruptionem desiderii, ejus, quod est bonum, in hominibus lapsis, odium erga Deum & amor stultitiae: homo miser crederet, se recte agere, & felicem esse, quum tamen sit infelicissimus, quod ita perversum de bono habeat gustum. Item, quantus est numerus eorum, qui contra *jus naturae* peccant? adeoque per corruptam naturam, homini liberum est, ex abuso virium suarum, ita agere. Certa ergo *norma* prius supponenda est, secundum quam decidamus, quod illud, quod, vel ex conscientia obligationis vel libertatis, agimus, *jure agamus*, quippe sic denum *verum naturae* jus eruere poterimus.

§. X.

Inde fissitur, quanam conscientia obli- gationis sit juris natura- lis, ita ne quidcum bac cobereat, justum sit.

Scilicet, quodsi in conscientia nostra ita sumus obligati, ad aliquid pro vero agnoscendum, ut propositum nostræ cogitationis, tentandi, an contrarium, tanquam possibile, representare queamus, statim ipsa, cum singulis perceptionibus atque sensibilibus combinata conscientia refragante, (S.I. §.7.) deprimitur, illaque prior, cum perceptionibus atq; sensibilibus, prima vice conscientia veritatis combinata, tempore prælationem teneat: toties, quidquid ex ejusmodi deducimus conscientia, jure deducimus, quum sit naturalis virium, cum omnibus suis operatioribus, determinata combinatio, adeoque necessitas naturæ, vel intrinseca, aut extrinseca; quodsi scilicet aliquid sibi ipsi non rationem, sit essentia, atque existentia, debeat, tunc altiorem in ipso ente rationem ejus operationis dare nequeo, quam naturam: si vero altiorem velle, ascendendum erit ad conditorem ejusdem, an hoc *jus* habuerit, quod, si demonstrari poserit, ipsa ratio erit suprema, cur creatura evolvat jure operationes, a creatorc prædeterminatas.

§. XI.

Quanam lib- bertas sit ju-

Quodsi ergo certa libertas conscientiae, (§. 7. 8.) sit naturale confe-

consequens defectus quarundam perceptionum & sensionum, ast hic defectus foret ex naturali, vel intrinseca vel extrinseca, virium determinacione, tunc, iure naturae fundatam adesse libertatem, ad sero. Vnde imponentia naturalis, certas operationes producendi, ipsum aliquod, certarum inde reflexuum obligationum jurisq; erit principium. Eque, quantum potestas liberæ combinationis est ex naturali virium, vel intrinseca vel extrinseca, determinatione, (§. 7.) catenus eadem tanquam certum alicius juris naturalis principium poni poterit. Eadem est obligationis & libertatis, quatenus utraque principium, inde emergentis juris naturalis, est, relatio ad appetitum boni, & averfationem mali. Scilicet, quotiescumque talis obligatio fit, aliquid, tanquam bonum aut malum, percipiendi aut sentiendi, ut hujus habitæ gratae & ingratæ perceptionis unice confei esse queamus, id est, ut si contrarium assumeremus, id sequeretur, nos non habuissæ illam perceptionem, aut sensionem, cuius tamen, tanquam habitæ, jam habuimus conscientiam: (§. 5.) toties, quidquid ex illo, cum hac perceptione naturaliter connexo appetitu, aut averfatione, deduco, agnosco, facio, omittoque, jure sit naturali. Si ergo libertas, aliquid appetendi, aut averfandi sit ex defectu, quod objecta illa non gratiam ejusmodi aut ingrata præbeant perceptionem, aut sensionem, qualis ad connectionem appetitum aut fugam, requiritur; ast hic defectus vivacis perceptionis aut sensionis foret ex ipsa objecti natura, atque mentis nostræ vel intrinseca vel extrinseca naturæ determinatione: toties, quidquid inde deducatur, jure naturali arbitriatum foret. Idem circa propositi nostri libertatem, quatenus inde jus oritur naturale.

§. XII.

Dixi vero, vel intrinsecam nostram vel extrinsecam naturam producere jus. Tantum ablit, ut ego statuerem, cum exclusione causæ summae extrinsecae, in nobis ipsis esse rationem. Ast sane, quum non omnia simul explicari possint, sed secundum ordinem procedendum, id primum ponendum videbatur, ad quod recurrere ultimo teneamur, sc. vel ad necessitatem ipsius nostræ existentie, h. e. ut sumus, quia sumus, & quia nobis net ipsis daremus rationem, cur sumus, vel ad extrinsecam, h. e. ut ultimato causa aliqua esset prima, in quam ratio nostræ existentie esset collocanda. Quum vero a priori cognoscamus, si unum ex his sit, alterum, tanquam contradicitorum,

*ris naturales,
adeoque & id,
quod inde de-
ducitur, ju-
stum.*

*Necessitas
hujus alibi-
ma non, in
nobis ipsis,
est ratio, sed
ad Deum ad-
mittato deve-
niendum.*



(§. 5.) simul verum esse non posse, nunc id ipsum fore demonstrandum, si, naturali nexu, ab effectu jam ad causam nostri ipsius ascendere velimus, ut offendamus, an in nobis met per persistere ultimato queamus, an altius possimus & obligemur progredi. Sed, ob nimium ambitum hujus demonstrationis, aberrarem, hac ratione, a proposito, quo non ipsas tradere scientias, sed solum, earum susterre nexus, promisi. Unde id solum monere liceat, demonstrationem hic resolvi. Sc. detegendum est, quidquid in nobis deprehendamus, & quidquid extra nos sentiamus. Id jam scimus, per conscientiam, rerum externarum rationem in nobis non esse, adeoque jam concipimus naturam quandam, maiorem habentem potestatem, ac nos, qui talia non possumus. Jam ergo *limitata* adest potestas in nobis. Conscii quoque sumus termini, a quo prima in nobis orta fuit conscientia; adeoque conscientia sumus *inititi*. Conscii porro sumus, nos non dedisse nobis illud initium: ipsi enim per conscientiam nescimus, an prius, ubi non sumus conscientia, extiterimus, nec ne, sed obscure solum recordamur actionum quarundam, quarum nondum sumus oblieti. Tandem si in nobis rationem queramus, cur sumus, sane ulterius in nobis progredi non possumus, quam quia sumus. Iarit, si in nobis esset ratio existentiae, eo recurrentum fore, quod ens *limitatum, incipiens atque contingens*, adeoque ipsum ens *imperfectum*, possit rationem existentiae in se habere. Hic vero demonstrandum, *illud esse impossibile*, quum nostra repugnet conscientia; adeoque minimum nobis, hoc cognoscentibus, ad altiorem ascendum est causam. Eandem meditationem si, in singulis universi rebus, *eo usque elevemus*, tandem necessario nobis ad summum aliquod, independens, infinitum, necessarium ens, h.e. Deum recurrentum erit, ita, ut sufficientissimam fidei habere queamus rationem, quod Deus existat.

§. XIII.

Postis hisce principiis institis, proxima scientia eruditio est ea, cuius fontes sunt revelationes divinae.

Nunc igitur prono pede eruditio, in cancellis illis suis naturalibus, i. e. ex potestate & intentione divina, atque secundum statutum nostrum, sapientissime constitutis, considerare poterimus. Nempe, assumta jam existentia divina numinis, tanquam omnis juris obligationis que, omnis scientiae, omnis felicitatis fontis atque principii, afflumta porro conscientia, tanquam judice interno veritatis. (§. 10.) assumta tandem infelicitate nostra, per labem naturali, cuius effectum

ipſi



ipſi nobis ſumus conſci (§.9.): jam videmus, rationale eſſe, quod Deus, tum ut legislator, jure dominii in nos, tum ut benignus doſtor, quo nos ex in felicitate eriperet, ſemet expreſſo aliquo verbo revelaverit. Vnde oritur scientia, quidnam, ex revelatione divina ſpeciali, tum pro vero, tum pro bono, habere obligemur, adeoque, quid credere atque agere debeamus. Ipfia vero biblia veteris novique Testamenti, tanquam ipſum revelationis divinæ fontem auſſumamus, cuius rei quidem & naturalem rationabilitatem demonstrare poſſumus, optimum tamen, quod Deus ipſe intendit, principium cognoscendi internum eſt fides, quod biblia ſint ipſa divina revelatione. Vi huius ergo tam fontis, quam principii, obligamur, tum ad nihil, tanquam divine dictum pronunciandum, niſi ex ipſa ſacra scripture obligatorium, hoc & illud pro vero aſſumendi, demonſtremus, tum, ne aliquid, quod Deus omnibus hominibus cognitum eſſe vult, omittamus.

S. XIV.

Quini vero non unicus laeca scripture finis fit, ut ſciamus, *Vnde oritur scientia biblica.* quomodo, ſecundum intentionem Dei, felices fieri poſſimus atque debeamus, quamvis, nil fine ratione ſufficiente revelatum eſſe, ex hoc ipſo credere queamus, quia Deus dixit: diſtinguo ſcientiam biblicam a Theologia, proprieſ sic dicta. Scientia biblica Theologiam ſub ſe comprehendit, & eſt scientia singularium propositionum, qua in ſacra scripture continentur, quiqe ſint fines, in eis revelandis, Dei ſpeciales, ut & quemam ſint, tum ipſorum horum finium, tum propositionum ipſarum, clafes. Et haec ſcientia tantum ſub ſe comprehendit ambitum, ut vix aliqua ſit futura ſcientia, ex qua non quædam propositiones in ſacram scripture influxerint, adeoque, ex his ſcientiis ipſis, explicandæ. Neque tanum inde concentus omnis ſcientia in ſacra scripture querendus. Quidquid enim non, ex aliis ſcientiis, in scripture expreſſum eſt, illud, ultra finem scripture, referretur ad ſcientiam biblicam. Denominatur enim haec ex fonte, atque propositione, ibi expreſſarum, ambitu. Ait ſane omnis ſcientia, qua ex aliquo fonte defluitur, & inde denominatur, nec plus, nec minus, exhibere debet, quam in fonte illo eſt, quin alias noſ ſolum ſit ſcientia illius fontis, ſed plurium fontium. Adeoque quidem, quatenus, in ipſis scripture propositionibus, ſecundum ſenſum ipſarum, evolvendis, ex aliis ſcientiis requiruntur praecognita, eadem hic ſupponenda ſunt;

neque



neque tamen horum præcognitorum demonstratio ad scientiam bibliam pertinet, quum instar postulatorum adsumi jure queant. Non quidem inique ager quis, si demonstret; ast solum id volo, si alius sensum scripturæ sufficienter evolveret, quamvis non fontes, ad sensum scripturæ explicandum facientes, demonstrasset, cur essent fontes, quod ratione *scientia biblica*, alteri æqualis foret; quamvis alter in eo, quod extra biblicam scientiam adhuc alias calleret, huic esset præferendus, qui eas non calleret.

§. XV.

Nexus, ambi-
tusque scien-
tia biblica.

Ex tote scien-
tia biblica spe-
cies præcipua
est Theologia,

Quæ rursus
vel pro obje-
ctio babet eas
unice verita-
tes, ad qua-
rum fidem
universalis
est obligatio
hominum :

Nexus, ambi-
tusque hujus
speciei scien-
tia Theologi-
æ.

Quodsi vero scientia biblica erudita esset, singulæ faciūt cōditicis propositiones ad certas classes, vel in ipso hoc fonte suppeditatas, vel alias rationabiles, sunt resolvendæ, & haec ipsæ classes in vicem, in uno quodam systemate cohærenti, connectendæ sunt. Hic vero p̄dem figo, quum non ipsam scientiam biblicam, sed ejus nexus, exhibere proposuerim. Ex hacce vero completa scripturæ scientia, quædam in specie est elicita, & elici potest, quæ, oly finem ejusdem, peculiari explanatione digna est. Dicitur hac Theologia. Hanc vero dupli ratione, tanquam scientiam, considerare possumus, cuius rei rationem, post ipsam præmissam tractationem, denum dare sufficiētē poterimus. Nempe omnes homines obligati sunt, certa, ex sacra scriptura, credenda assūmere, absque quarum cognitione nec christiani dici, nec beati fieri possunt, revelante id ipsum sacrā scriptura. Quod si ergo quis, ratione munieris sui, in specie obligatus esset, ad eas, ex sacra scriptura, in specie *extrahendas* doctrinas, quæ, omnibus hominibus sunt scitu maxime necessaria, ita ut, absque harum cognitione, salvi fieri nequeant: sane, quin hujus rei scriptura non sit unicus finis, etiam eruditus ejusmodi propositiones necessarias, ex reliquis scriptura dogmatibus, evolvet; adeoque possibilis, immo necessaria quædam eruditio scientia est ea, quæ veritates, ad salutem scitu necessarias, ex sacra deducit scriptura.

§. XVI.

Nexus ergo hujus scientiæ confiseret, in demonstratione, cur christianus, i. quæ talis, ad hac vel illa assūmenda, sub detimento salutis, si hic fidem denegaret, ex sacra scriptura, obligetur. Ambitus hujus scientiæ foret complexus, singularum veritatum, ubi, deficiente harum fidei, ipsa sacra scriptura carentiam gratiæ divinæ, tanquam

quam *bonum presens* defecturum, iram divinam, tanquam *malum presens* insequuturum, & concomitanturum, eternamque damnationem, tanquam *peccatum extremum futurum* malum positivum, & privativum gratiae divinae, posuit. Ait de his ipse *Theologus*, quum natura hujus scientiae requirat, ut ex ipsis *sacri codicis* penetralibus hauriatur, adeoque philosophus quidem *motiva fidei* ex ratione defumere queat, attamen nec, *ante revelationem*, hue per venturus sit ex natura, quod v. g. tres sint in deitate personae, nec assensus hujus rei *theologicis* sit Deo gratus, nisi ex *unico principio fidei*, quia Deus dixit, fuerit ortus. Vnde nec argumenta fidei, ex ipsa natura nostra sumta, pro *theologicis* assumenda, nisi ipsa scriptura inde homines convincere tentet; quum *simplex fides* maiorem theologicam faciat convictionem, quam centum demonstrationes in philosopho conscientiam.

§. XVII.

Vt vero omnes, qui christianorum profitentur nomen, discant ea, qua cuivis, qua christiano, scitu sunt summe necessaria, privata publicaque in instituto, vel in *schola* vel *templo*, rectissime est introducta. Ait, quum hac ipsa institutio sit *praxis* hujus scientiae; jam vero praxis fini ipsius theoriz *conformis* esse debeat: sane, quatenus finis informationis concionumque est, ut ea debeat exhiberi, que omnibus christianis scitu sunt necessaria, omnis informatio atque conciones, hunc intermitte fines, *peccant* contra finem. Ipsa vero objecta, scitu necessaria, nec *satis* inculcari posse videntur, adeoque non timendum, ne nimis mature haec absolverentur doctrinæ, nec *item* semper manent auditores, quum &, loco ignorantium, alii succedant, qui etiam instruendi, & qui ea jam tenuere, ipsa *repetitione* magis magisque corroborentur. Et, circa finem concionum, id addere licet, quotiescumque finis aliquis sit, qui per alia media adhuc *commodius*, minimum *non unice* per illud medium, sit obtinendus, vice versa autem *alius finis primarius*, absque medio illo, *non ita comode* obtineri possit, toties finis *posterior*, jure tanquam *unicus*, confitui poterit. Jam vero, quum unque finis *concionum primarius* sit explicatio obligationis *universalis*: sane hujus rei *commodissimum* medium est ipsa concio, quum sic quilibet auditorum videat, se ad id obligari, ad quod & alter. Reliqui vero fines, ultra hunc, quamvis el-

*Quænam sit
hujus scientiae
praxis.*

sent liciti, tamen non inique faceremus, quum hi per alia possint obtineri media, si primarium, tanquam *unicum*, constitueremus.

§. XVIII.

Ex hac tenus didis refutis species Theologiae Compendiariae, eius praxis in specie fissitur in Theologia Cathechetica & Homiletica. Dicte vero hactenus Theologiae species, ab *objeto* sacri fontis, adeoque ipsius Theologiae inde hacten, *primario* defunctorum, ab cruditis peculiare accepere nomen. Vnde & hactenus Theologiam eo solum acceptimus sensu, quatenus est habitus cognoscendi veritatem, ad quam rurum fidem verbum Dei omnes obligat homines, sub *danno* gratiae divinae & futurae salutis, & *panga* irae divinae aeternaque damnationis, in casum incredulitatis, & *promissione* gratiae salutisque, in calum fidei, ab ipso Deo per verbum excitandæ. Dicta vero scientia, quatenus est practica, (§. 17) *Catecheticae & Homileticae* Theologiae nomen gerit. Theoria vero hujus scientiarum forte posset Theologia *Compendiaria*. Practica utraque tum habitum Compendiariæ supponit, tum peculiaria habet requirita. Si vero utraque, secundum rei naturam, tractetur & combinetur, profecto est *medulla* Theologiae, concentratum divinae potestis & bonitatis revelatae speculum, & necessaria, ad completum eruditiois conceptum, (Sect. I. §. 17. 18. 19.) scientia. (d.l. § 4.)

§. XIX.

Explicatur in specie nexus & ambitus Theologia Cathechetica. In specie Cathechetica sic denominatur, quod Theologiam in certa brevissima capita redigat, & methodo, rudioribus & pro *flavu-* etatis accommodata, sc. propositionibus, in paucissimis capitibus, atque per *questiones*, exhibitis, utatur. Quemadmodum vero haec methodus consonans est, si quis ita Theologiam in compendio scribere proposuerit, ut & rudissimus homo, si legat, intelligere vel ipse, vel brevi inductione, statim addiscere queat; adeoque, quatenus hujus rei detur *defectus*, is in se suscipiat laborem utilissimum, qui hoc præstat: attamen in systemate, quo quis suam eruditioinem eruditis ostendere studet, haec methodus minus adæquata esse videatur, quum non opus sit, eruditis omnia æque ad *sensum* redigere, ac vulgo. Id tamen videtur, absque ratione carpi simplicitatem v.g. Cathechismorum. Sane enim si obligati simus, ad certam scientiam ita explicandam, ut & rudissimus capiat; ast vero, in Theologicis veritatibus, hunc habitum Theologia Cathechetica producat: laudem potius meruere non exiguum, qui, hujus rei defectum adhuc magis

magis



magisque explere, sunt conati. Dixi vero, (§. 19.) oportere esse statui *etatis* accommodatam, adeoque & *graduum* ruditatis. Unde nec ipsa Theologia Cathechetica, quatenus est practica, eandem habet *ipsarum questionum methodum*. Sic *infanten* quærimus, ut memoriae imprimat, *profectorum* etate, ut interno adprobet judicio.

§. XX.

Homiletica vero dicitur, tum *a loco & auditoribus*, quia in publica concione instruacio datur, tum ab *ipso actu*: ipse enim continuus ille discursus concio vocari solet. Sane autem, quum in *ipsa scriptura* tot conciones habeamus elegantissimas, additis oratione lance regulis, *media*, inter nimiam stili *humilitatem*, & vulgarem discursum, & affectatam stili *sublimitatem*, ipsius materia dignitati detrahentem, atque vel comicos vel tragicos imitantem, vel minimum *profanae* oratione vestigia *nimir* prementem, via incedemus: cui rei si *externa* gratia divinae accedant *dona administrantia*, facundia, sermonis affectuosi, paululum *intonans*, accentumque, secundum rei *emphasim*, exprimentis, habilis demum evadet Homileta. Hujus vero rei quum praecepta *justitia* atque *prudentia*, in ipsis collegiis Homileticis, stili debeat, & in ipsis concionibus applicari: hue me remitto, & solum miror, cur, quod adhuc studii hic impendunt sacrarum cultores literarum, negligentius in *Cathechetica* Theologia tractent, quum tamen, ob continuum, cum prosectoris *etatis* hominibus, consortium, *facilius* methodum *connexi* discursus addiscamus, quam, si sermonem nostrum *ad captum* infantis, aut aliud ruditis hominis, ita dirigere debeamus, ut ille *desiderium* plus proficiendi, atque voluptatem institutionis percepta sentiat; in qua re & quis, præ alio, majorem Dei gratiam donec accipit, ast & qui quis, obligationem rudes intruendi habens, eorum magis hanc a Deo expetere debet aptitudinem.

§. XXI.

Insuper nec existimandum, quando v. g. in sequentibus nexum Theologie Theticæ, Moralis, Polemica &c. sistemus, ac si has scientias *plane* ab interno Theologia Compendiaria ambitu excluderemus. Quum enim omnis scientia ex fonte & objecto dijudicanda; (Sect. I. §. 21.) ast, in Theologia Compendaria, omnis, ex verbo Dei scitu necessaria veritas, sit objectum: sane, si ipsa sacra scriptura v. g. quosdam indu-

*Evoluitur in
specie Theolo-
gie Homileti-
ce nexus.*

*Quatenus ad
Theologiam
compendia-
riam Theo-
logia Theticæ
Moralis, Pole-
mica &c. Spe-
ciæ.*

D 2

induceret errores, quos in specie cuilibet christiano cognitos esse vellet, quod sunt errores, ut i. Joh. IV, 3. & quemlibet obligaret christianum, ut si proximum in perfavatione ejusmodi erroris, tanquam veritatis, deprehenderet, moneret, quod erraret, secundum Jac. V, 19. 20: vi-dices hoc ipso jam aliquas ex Theologia Polemica (§. 25.) conclusiones influxum etiam in Theologian Compendiariam habere; quo tamen non adsereretur, ac si totius Theologiae Polemicae scientia ad scientiam Theologiae Compendiariae requireretur. Idein ergo de reliquis huc applicari poterit. Unde id præmonere licet, ei, qui Theologian Compendiariam, instar disciplinae, tractare velit, ostendendum esse, quanti, tum in theoria, tum praxi hujus scientiæ, nempe in Theologia Cathechetica & Homiletica (§. 18. 19. 20.) ex theologia Thetica, Morali, Polemica, Exegetica &c. scire debeat, ita, ut in hac scientia dici queat eruditus. Sicuti nec quis Theologus eruditus dici poterit, nisi *minimum* in Theologia Compendiaria versatus sit.

§. XXII.

Theologia in ampliori ambitu considerari possit: Et primario, defuncta erat, ita nunc Theologia, alio longe ampliori ambitu, considerare possumus. Scilicet, si Theologia ad *plenum* suum resolvatur ambitum, utique quidem cognitio veritatum necessariarum ad hunc pertinet: hic tamen *tum* ipsa haec cognitio se non dirigit secundum finem illum, ut *omnes* homines per hanc erudiantur, sed solus *is subiectum cognitionis* est, qui vel ipse nomen eruditus, per manifestationem suæ cognitionis, apud alios deportare eruditus intendit, aut, qui ita Theologiam addicere studet, ut aliquando etiam eruditus dici queat Theologus: *tum quoque* Theologia, in pleno suo ambitu, *plures* sibi veritates, quam feitu *civis* christiano necessarias. Unde nomen Theologiae *Aromaticæ & Systematica* gerit. Quin vero, ob nimium objecti unibitum, illud, in certas classas, redigi, indeque peculiares scientias poniqueant; (Sect. I. §. 14.) jam vero admodum latus pateat campus, si quis veritates Theologicas, eum in finem, in unum redigat concentum, *ut in uno conspectu* habeamus; quid Deus dixerit de salute nostra, & quid in genere credere teneamus; ab hoc autem tandem diversum fit, si quis *carum* doctrinarum, quæ in vitam emendandam influxum habent, *ipsum nunc effectum*, atque *operationem* fistat: priori modo si Theo-

fi Theologia tractetur, *Thetica*, posteriori *Moralis* dicatur. Adeo-
que *finis* *Theticae* est *analogia fidei cum revelationis principio*, *Mo-*
ralis, *analogia fidei, ex revelatione hausta, cum ipsa vita emendatio-*
ne, & per ductione hominis ad eternam salutem.

§. XXIII.

Quamvis vero ipsa utriusque scientiae Theologice objecta ex scriptura sint haurienda, cuius deductioni & me imparem sentio, & hujus non est loci: tamen comparare licebit *nexus generalis* Theologie, cum natura mentis. Scilicet fides rationabilis est ex duplice mentis fulero. 1) *Enim intellectus* dicit, cuiuscunq[ue] entis intellec-
tus *summus* est, illius dicta, que tanquam vera adfumera jubet, vera
esse, secure credere potes, & obligatus es. Jam vero, si nostrum per-
pendamus *statum*, quem deprehendimus certo respectu infelici-
tum, de eo evincitur, naturalem nostram, quam sentimus, *labem*,
boni creationis disformem esse, adeoque esse statum accessiorum, &
non *primum*. Porro vero *ipso non* perspicimus causam hujus labis, &
tamen *ipso ejus consequentias* posse, ita, ut aliter nobis *consulti*
nequeat melius, quam speciali revelatione divina. Deum hanc da-
re potuisse, per conscientiam convincimur, *cur vero noluerit*, ratio-
ne *nullam* videmus, sed potius *majorem* fidei habemus rationem,
Deum se revelasse. *Adisse ergo verbum Dei* rationabilis est fides.
Jam si *biblia* veteris novique revolvamus Testamenti, ipsa interna hujus
scripti *eminens*, praeterea *gratias*, *perspicuitas*, *coherentia*, ratio-
nabilem efficit fidem, ea, que in *Biblia* dicta atque consignata sunt,
Deum velle, ut pro veris assumentur: adeoque nunc, ex assunto princi-
pio, Deum ea, que in scriptura revelantur, dixisse, rationabilem earum
terum fidem habemus. Hi vero sunt ipsi *natura*, ratione hujus ful-
eri, termini. Non enim ratio determinare potest, si quis fidem hujus rei,
ex eiusmodi ratiocinio, in se sit producturus, quin sufficiens foret.
Quoniam vero Deus *unice fidem* ita requirat, ut afferum nostrum Deo
nondum gratum esse, credere ex verbo Dei obligemur, si sit ex ratiocinio,
sed *tum deum*, si, per illuminationem Spiritus S. producatur:
hoc ipso credendum est, verum esse, nos *in specie* per Spir. S. esse
illuminandos, & si illuminemur, fidem nostram demum eum acci-
pere gradum, quo salvifici fieri incipiatur. Hujus vero rationabilita-
tem ipsa natura, si ei fuerit revelatum, quod Deus dixerit, ex generali
deter-

Quoniam hic
sunt termini
natura &
revelationis.

detectit fundamento: quia omne, quidquid Deus dixit, ideo pro vero assumere es obligatus, quia dixit.

§. XXIV.

Alterum fidei fulcrum sunt consequentiae legis divinae, quarum fides est rationabilis.

Alterum fidei fulcrum est, ex natura voluntatis in specie, defumtu, ubi rursus natura & revelatio invicem conspirant, ratione infitorum principiorum, quamvis alii sint termini naturae, judicium spendentis, alii revelationis, judicium continuans per fidem. Sc. voluntatis est, sentire atque appetere bonum, sentire atque fugere malum. Lex ergo si, per rationabilitatem dicentis, jam convicerit intellectum de jure legislatoris, sane accipit maius naturale pondus, si, cum transgressione, certas mali connexas habeat consequentias, cum obedientia certas bona. Sic enim voluntas commovetur, i. e. excitatur timor & fuga mali, oritur appetitus boni. Jam rationabile videmus, quod & Deus cum sua lege combinaverit certas consequentias, neque tamen id certo determinare per nos possumus; quum in natura nostra deprehendamus possibilitatem, unicam representacionem alterius juris ita tanquam motivum, obedientiae elevari posse, ut, vel, ex consequentiis legis motiva defumere, non opus habeat, vel, non praeacire teneatur. Idem & circa motiva, ex natura voluntatis. Vnde & hic quedam fides unice, tanquam principium, est assumenda, sc. quod Deus actu certas combinaverit consequentias: rationale autem est, ut Deus jubere queat fidem, convictionem de positis consequentias non ipsis gratiam fore, nisi unice inde sit, quia Deus dixit. Quodsi ergo Deus dixisset, quod ipsum credendum est, fidem reliquarum veritatum nondum esse salutem promoturam, nisi quis credit, unice fidem in Christum influxum in vitam emendandam, atque salutem promovendam habere, Deumque ipsum unice hanc fidem excitaturum, sive excitata fuerit, hominem credere debere, quod hoc ipsum unice tum a Deo, tum respectu meritii Christi factum fuerit: quodque, supposita alia fidei natura & efficacia, homo non sit ad unionem cum Deo & salutem aeternam perventurus: sane naturae mentis principia, insita huic fidei systemati prorsus non repugnabunt; licet fides illa rationabilis nondum sit salutaris, quum credere debeamus, hominem prorsus convertendum esse, & hunc actu illuminationi quidem non esse contradicendum, attamen disinctum, quum *intellectus* proprie illuminetur, *voluntas* conver-

tur

tur, ex stolido sc. falso & apparente boni sensione, ad veram veri boni sensione atque desiderium, & veram veri mali sensione atque fugam.

§. XXV.

Utrèque vero species, hactenus ex Theologia recensita, sicuti posuit veritas ex scriptura sacra: ita possibilis & utilis est scientia, quæ errores & horum inspecie genesin, propagationem, sectatores & refutationem, sisit. Hæc dicitur Theologia *Polemica*. Errores tamen circa agenda, seu *præjudicia vita*, Theologiae *Morali* immisceris solent, ita ut regulariter solum Theologia *Polemica* eronea dogmata refutet. Sublevatur historia Ecclesiastica. (§. 27.) *Accessoria* tum *Theologica*, tum *Moralis*, tum *Polemica* est Theologia *Exegetica* seu *Hermenevtica*, quæ, tum *ex ipso* fonte sacro ostendit, quomodo sumimus hujus sancti codicis auctor semet intelligi velit, tum ex famulis *interpretationis* principiis, ad positum verborum scripturarum collatis, verum fontis sensum, sisit, dubium, *quatenus* certus fieri potest, vindicat, *quatenus*, ex ipsa Dei intentione, & natura hujus scripturarum libri, qualis est in N. T. v. g. Apocalypsis, dubius esse & permanere debet, ne fines divini, si vaticinia nimis clara extarent, maiestitia hominum interrumpantur, quamvis non rumpantur, quinam sensus probabilior, licet non demonstrativus. Quatenus ergo erroras pellit explicationes, foret *Polemico-exegetica*.

§. XXVI.

Conflipantur exegesis, eo felicius inveniendum, i) *Critica sacra*, quæ est tum ingeniosa, tum judicio fontis corrupti, quatenus talis dici potest, restituendi scientia. Ad criticum ergo, *qua ralem*, id pertinet, ut ostendat, hanc & illam lectionem, positionemque vocem esse ipsam, quam auctor, in concinnando textu, posuerat. Vnde cum quidem quis analogiam fidei callebat, eo felicior sepe, in restituendo dubio crit textu, adeoque, hoc respectu, in criticum perfectum coincidere potest Theologus, amen crisis, proprie dicta, solum, ex positu verborum, sensum eruit, tum *lingue*, dum *auctoris* proximum. Crisis ergo patitur *examen ad analogiam fidei*, etenus sc., si solum demonstraverit, auctorem probabilissime hunc elegisse positum verborum: tamen, si idem scriptura auctor se alibi dilucidius explicasset, dubia potius secundum claram dirigenda, quam clara in du-

*De Theologia
Polemica &
Exegetica.*

*Exegeticam
confitipatur
& sublevat
Critica sa-
cra.*

biam

biam detorquenda est mentem. Eatenuis tamen crisi in ipsam influit analogiam fidei; si criticus demonstrare queat, auctorem ipsum, in suo originali, hunc habuisse verborum positum, tunc criticus tenetur, illum communicare, & non iam exinde de *Theotyeosica* scripturæ dubitare, sed, si in ejusmodi dicto dogma aliquod fidei proponatur, illud, cum toto systemate fidei, est eponymum. Immo graviter contra Deum peccant, qui ideo Criticae incumbunt, ut vacillantem reddant religionem; quod quamvis inde non sequatur, quum potius sint iudicia Dei, si gentes obnubilem, ut ne quidem sensum scripturæ haurire queant: tamen iporum finis est *damnabilis*, quum Deus potius ubiquè sit defendendus, adeoque & huius dictis obedientius potius praestanda, quam si homo, pulvis, Deum evertere infelicissime audeat. Hæc *conscientia* amicus cuiusvis critici tradit.

§. XXVII.

Ad exegesis facit 2) *Philologia sacra*, seu cognitio linguarum, præfertim earum, quibus ipse facer codex est traditus, sc. *Hebreæ* in V. T. & *Græca* in N. Probe tamen hic sensus earum vocum est adhibendus, qui tunc, quin quivis liber inspiraretur, in usu fuit. Si enim nullam, ex ipsa sacra scriptura, aut ratione iuveniamus causam, eur Spiritus Sanctus & a genio & usu lingue, tunc temporis consuetate, recedere voluerit, uterque utique est tradendus. Scimus autem, in omnibus fore linguis, tot comprehendere voces, quæ jam non eum gerunt significatum, quem olim. Unde, si sensus alicuius scripti certum comprehendere velim, id demum fieri, si ostendero; tunc temporis, quo liber ille fuit scriptus, hanc vocem hunc habuisse significatum. Ulterius & 3) hoc pertinet *Historia Ecclesiastica*, in qua exhiberi debet status, tum internus tum externus ipsius ecclesie, divinaque, circa utrumque ecclesie statum, & economia. It. enarranda: hic sunt, vitæ scriptorum sanctorum, fata Theologiarum, tum verae, i.e. propagatio vera ecclesiæ in statu mox florente, mox depresso, tum falsæ, i.e. propagatio errorum & impicitatis, ubi præfertim origo (S.I. §. 10. ad fin.) hæresium atque errorum annotanda, ut & deniq; illufres inter Theologos viri, præcipue martyres, patres & Doctores ecclesiæ. Si quis ergo, in specie patrum ecclesiæ dogmata, inter quos quidam, adhuc ad oclavum usque seculum, v. g. Beda, numerantur, recolat, hæc scientia nomen Theologia Patrifica gerit. Theologia autem Polemica, ut eo melius se legitimet, cur refutandi sint certi

certi errores, eatus Historia Ecclesiastica sublevanda est, (§.26.) ut ostendatur, vere extitisse homines, qui ejusmodi errores foverint, ne rixentur de eo, quod nemo in dubium vocavit, quamvis possibile fore, ut quis vocare posset. Quumque tandem, in nostris territoriis, nullus, contra ipsos libros symbolicos, sensus scripture, quatenus inde alias dissonans scripturae analogia, cum afflunta a libris symbolicis fidei analogia emergeret, sit introducendus: hoc respectu (4) Theologia *Symbolica* ad Exegeticam referri posset. Attamen, quum Theologia Symbolica totum Theologiae systema, quatenus est ex Symbolis, formet, ipsamque symbolorum originem atque auctoritatem ostendat: *peculiaris* theologica scientiae nomine Theologia Symbolica venire posse videtur.

§. XXVIII.

Singulæ hæ scientiæ, quatenus communicantur vel scriptis Sermo hacce-
vel doctrina, vel discursu, *præctica* vocantur. Et de his ipsis di-
gnoscitur, quemque quis in Theologia sibi acquisiverit habitum. Ser-
mo tamen hic est de præxi Theologiae, quatenus eadem est scientia
erudita, que & generale Theologia *objectionis* nomen gerit. Quatenus
enim est subiectiva, seu internus ille habitus, ab ipso Spiritu sancto, per
fidem, ex illuminatione intellectus, & conversione voluntatis, secundum
verbum divinum, productus, consistens, in vera Dei, ejusque, circa
hominum salutem, per fidem in Christum, indeque nacentem vitam
sanctam promovendam, revelata voluntatis, cognitione salutari, eo
tendens, idque efficiens, ut pius in Deo tum hic, tanquam summo bo-
no, aquiescat, tum aliquando beatitudinem eternam, ex gratia divina,
nanciscatur; eatus omnis hujus internæ scientiæ *præctica* praxis
consistit, *tum ratione pii ipsius*, in corroboratione sui ipsius in veritate
agnita, in incremento desiderii unionis cum Deo, in profluente inde
vita, vere pia & ambulatione a - post Deum, uti Scriptura eleganter ex-
primit, quo ipso admodum conspirat obligatio, & ipse rei effectus, in-
gentem faciens impressionem de ipsa religionis veritate; *tum ratione
aliorum*, & quidem *impiorum*, in desiderio atque connatu, eosdem, ex
representata felicitate status piorum, & infelicitate status impiorum;
ad id perducendi, ut ad operationes Spiritus S. per verbum attenti fiant,
emergentesque naturalis malitia stimulos, sub invocatione Dei, depri-
mant, donec & ipsi a Deo illuminentur & convertantur: respectu au-



tem piorum, ut in fide persistant, digniores sublimioris porro, influxus frant, & hoc ad tempus cessante, immo Satana, in hora tentationis, impia inspirante, ut ex memoria pristini felicis statut, qui verus fuit, quia ex fensione est ortus, (§. 5.) ut & ex representatione pristini statut infelis, ex quo se liberatos esse, consciit sunt, tandemque ex representatione futuræ salutis, &, ex parte impiorum, damnationis, femet, sub invocatione asflictientia divina, corroborent.

§. XXIX.

*Inde oritur
Theologia Pa-
storalis, que
zamen ad-
buc plures
habet fontes.*

Licet vero hujus rei certa quadam universalis obligatio ad omnes cadat christianos: attamen & peculiariis hujus rei in quosdam in specie cadere potest, v. g. Ecclesiæ ministros, atque doctores. Ast tunc ipsa hæc scientia communicandi ex ipso illo habitu defuncta esse debet. Nam quomodo quis, secundum conscientiam, aliquid poterit pro experientia interna venditare, si ipse non fuerit expertus? Quotiescunque ergo quis ex propria, secundum analogiam fidei, loquitur experientia, suamque ipsam doctrinam, secundum certum aliquod subjectum, vel instruendum, vel corroborandum, &c. dirigit, inde oritur Theologia Dogmatica, Elenchitica, Pædavtica, Paracletica, a memoratis Theologia speciebus (§. 22.) catenus *solum* diversa, quod hic ex subjecto Theologico habituali, sc. piis, (§. 28.) ad subjectum Theologicum generale, sc. vel impium vel pii, variumque utriusque statutum, instruclio tendat. Et hic, si subjectum *instructionis* sit *pius*, in conscientia circa dogmata quadam, errores, motiva, dubius, in specie oritur Theologia *Causistica*, ejusmodi removens dubia ex alio quadam mentis pte statu, ad quem homo in tentatione *non attendebat*. Jam sane quum pastori ecclesia *ejusmodi* animarum cura committatur, ut *omnibus*, quamvis sint diversissimi statut, satisfacere queat; utque, uti scriptura eleganter eloquitur, verbum *recte diffiri* sciat: Iane Theologia *Pastoralis* peculiari quidam videtur habitus atque scientia esse. Theologica, reliquis, ratione *fontis* & *objeci*, quidem prorsus similis, ast ratione actualis ecclesiæ, cuius quis *curam gerit*, statut, adeoque ratione *subjectorum*, quibus instruclio applicanda, peculiarem requires habitum. Adhuc vero latior est Theologiae Pastorali ambitus, quam quod includat Theologiam Dogmaticam, Elenchiticam &c. Pastor enim & obligationes quasdam *externas*, ratione numeris sui, habet, quæ vel *actum* quendam *ministeria*.

Iem^o

dem, vel civilem concurrentem muneri obligacionem, supponunt, ubi, circa utrumque peculiaria pastoris requisita sunt. Ratione prioris, scire debet, quid v. g. circa administrationem baptismi, sacrae cœme, copulationem, ordinationem, notare debeat, ratione muneri interni. Ratione muneri externi, seu obligationis civilis, v. g. ut ordinationi ecclesiasticae conformiter agat, ut nihil, proprio auctu, innovet, faciat, aut omittat, quod superiorum suorum intropectioni est commissum; & tibi solum denunciandi habet ius, ast non judex esse debet. Adeoque, ratione hujus partis Theologie pastoralis, fontes erunt ordinatio ecclesiastica, consuetudo ecclesiastica &c.

§. XXX.

Tandem, quum certam ex jure positivo universali, de quo infra suo ordine, obligationem habeamus, tum circa matrimonia, v. g. quinam sint gradus prohibiti &c. tum circa constitutionem Ecclesie ministrorum, ut feliciter digni vocentur & eligantur; per se hujus rei cura cuivis, qui modo cognitionem suam, perfecte hac in re voluntatis diuinæ, manuifessavit, jamque de casu, exinde decidendo, arbiter est idoneus, demandari potest. Ast quum, in nostris territoriis, haec cura etiam Theologis, qui Consistorii adhident, committatur; tandem vero, quum, ex auditoritate principis, qua hic sufficiens est ratio, adhuc alia causa ad Consistoria relate sint, & tacente principe, referri queant; quantum harum omnium rerum scientia vel peculiaris, e. g. quoad examen Candidatorum Theologie, vel generalis ab afferente Theologo requiritur: totius hujus scientiarum complexus, nomine scientia *Consistorialis* Theologie venit.

Tandem peculiari scientiae Theologiae species est scientia Consistorialis.

§. XXXI.

Nunc, ad nexum *Jurisprudentiae*, in *toto* suo ambitu considerate, demonstrandum, devenio. Quum vero promiserimus, ex natura rei, (Sect. I. §. 16.) tam internum, tum externum scientiarum siftere; externus autem sit, quomodo una tota scientia cum alia tota cohereat, (c. l.) & quidem, tam ratione fontis, quam objecti, (Sect. I. §. 13. 15.): etiam ab hoc Jurisprudentia nexus incipendum est. Scilicet, quum suprema omnium principiorum, tanquam verorum assumentorum, norma sit ius naturæ: (§. 2.) etiam hic in Jurisprudentia nulli fontes & objecta erunt ponenda, quæ hinc contradicerent normæ. Quum autem porro omnis peculiaris scientia

Generalia de
nexu Juris-
prudentiae
cum jure na-
tura.

tia, vel ex nimia unius fontis *latitudine*, vel, quoad fontes sensionis, ex diverso sensionis fonte enascatur: (S.I. §.14.) etiam Jurisprudentiam a disciplina JurisNaturae, tanquam peculiarem scientiam, distinguimus, cum, quia, licet & per nostram rationem ad multas Jurisprudentiae conclusiones deveniremus, tamen nimis amplum inde emerget Jus naturae, cum, quia peculia sunt Jurisprudentiae principia, quae ratio quidem, si senserit, tanquam vera principia in illis admittit circumstantias, absque sensione tamen, non determinare id potest, quod, habita ea, decidet. Tandem, sicut quævis Scientia peculiari, tum in theoria, tum praxi, habet finem, (§.14. Sect. I.) fini lumina scientia, (§. 2. 3.) ratione principii cognoscendi, (§.10.11.) conformem & subordinatum ita, quum in genere Jus naturæ, ex obligatione naturali, fistat finem omnis eruditio, sc. felicitatem: (S. 2.) Jurisprudentia in specie intendit felicitatem externam.

§. XXXII.

Inspecie quoque nunc dignoscendum erit, quomodo Jurisprudentia cum Theologia cohæreat. Et quidem primo, in collatione utriusque fontis, deprehendimus, quod paucissima Jurisprudentiae totius pars ex jure divino sit, quin intentio divina non fuerit, ut ultra casus universalis, ex jure positivo divino, circa externas actiones, obligationis, illud ipsum principium, tanquam *fons Juris*, extendetur, sed Deus ipse potius alios hujus rei fontes in natura ordinaverit. Neutiquam ergo quiden fontes Jurisprudentiae nostræ revelationi contradicere debent, ut alias dogma aliquod fidei, vel vite, vel obligationis, circa jus, universalis, everteretur: ast inde non Jurisprudentia omnis ex *biblîis* est deducenda, quatenus *finis* scriptura non est, ut, quidquid exposuit juris, v.g. iudaici, instar regulæ est. Porro, secundum utrinque objecta, Jurisprudentia cum Theologia nexus erui potest. Repetantur hic vero ea, quæ in (Sect. I. §. 15.) generatim de objectis scientiarum, quidque ad objecti pertineat notionem, diximus. Dicta enim supponentes, & non denuo repetituri, secundum ea, Jurisprudentiam cum Theologia comparabimus.

§. XXXIII.

Nempe *finis* Theologia ultimus est aeterna felicitas hominis promovenda: Jurisprudentia autem in temporaria ultimato persistit. Proximus Theologiae, intermedius & internus, est *pietas*, seu *habitu-*

111-

Et objecti.



*tudo, quidquid credimus & agimus, ex principio unico : quia Deus dixit, per fidem divinam, assumendi. Hoc probant Theologi. Finitis Jurisprudentiæ internus est *justitia*, seu *habitus*, ex agnita fontium *Jurisprudentia rationabilitate*, *jus inde descendens*, ei, cui competet, tribuendi. Hoc probandum est JCTis, & omnibus, qui hoc adserunt, adeoque & nobis. Hic vero distincte ita procedemus: scilicet ostendendum erit, 1) an *Jurisprudentia justitiam solum supponat*, an vero simul *intendat*, i.e. quod efficere possit. (Sect. I. §. 15.) 2) An *Theologia intendat aut supponat justitiam*, viceque versa, an *Jurisprudentia supponat vel intendat pietatem?* Priusquam deduxero, bona ratione, neque adfirmo, neque nego, ne, *fidem* politorum, & non dum probatorum, postulare me velle, suspiceris.*

§. XXXIV.

Nempe omnis *moralitas* actionis eo recurrit, ut sciamus, ad *Ostenditur, quid Jurisprudentia intendat, & quid solum supponat.*

quam habeamus *jus*, & ad quam *obligationem*. Jam vero omnis juris obligationis que *principia* sicut *Jus naturæ*. Ergo *jus naturæ de moralitate actionum* est consulendum. *Jurisprudentia autem peculiaria solum inde principia moralitatis, adeoque peculiarem actionum moralium ambitum, speciemque moralitatis peculiarem definit*, cuius rationalitas jam in J. N. demonstrata est. V.g. 1) in jure civili voluntas *principis*, cum furto patibulum combinantis, adeoque hanc actionem, peculiari quadam moralitatis specie, illicitam ponentis, suprema est lex. Id vero 2) in jure naturæ evincitur, cur & auctoritas principis, externæ ejusmodi moralitatis introducenda sufficiens ratio esse possit. *Jus autem nature plures suppeditat rationes, cur actio hæc sit illicita, tam ratione originis, quam consequentiarum. Respectu prioris, intendit simul, id est efficere potest justitiam, Jurisprudentia, v.g. civilis. Si enim confit de moralitate actionis, quam princeps introduxit, & confit de facto, seu actione, cui est combinata; fane is dicitur civiliter iustus*, qui unum cum altero ita combinat, tum tanquam motivum, actionem vel committendi, vel omittendi, ob connexam cum ea consequentiæ bonam, vel malam, tum tanquam ipsum consequens, i.e. si jus dicere debeat, connectet æque unum cum altero, ac princeps. Posteriori vero respectu, *Jurisprudentia supponit justitiam, dupliciti modo, primo, quod altiorum rationem non, ex principio sua scientia, suppeditet, sed supponat, ut quis eandem ex jure naturæ hauseat*.

E 3 rit,



rit; sic e. g. cur, in Jurisprudentia civili, voluntas principis summa lex fit, ex Jure naturæ demonstrandum est: dein, quod is, qui tanquam jurisprudens *juste* agit, nisi *ex toto jure* naturæ moralitatem persperherit, nondum vir *justus* plene, secundum *jus naturæ*, dici queat. Vnde distinctio inter iustitiam *materiale* & *formale* oritur, v.g. lex civilis, revelata circa actionis moralitatem, non dum convinctum quendam de *jure imperantis* hanc legem condendi. — Pone, judicem corrumpi donis posse; pone, eam, cui *jus secundum leges* debetur, plura dedisse *dona*; hic concurret actio judicis materialiter iusta, ast formaliter injusta: aque, si interne neget, aut dubitet de jure principis, non dici poterit ex iustitia actionis *jus dixisse*.

§. XXXV.

Quamvis *jus*
naturæ *confi-*
deret *moralit-*
tatem *actio-*
nis & *prin-*
cipia *moralis-*
tatis.

Dicta vero si ad Theologiam applicemus, hoc ipso eadem se a Jurisprudentia distinguunt, & jure naturæ, quod *jusitiam* (§. 33) ad habendum lux scientiæ, neque *supponat*, neque eandem intendat. Hoc dilucidius patebit, si jam uniuscujusvis, politarum scientiarum, objecta invicem comparemus, unumque ad alterum referamus. Utique in hoc convenienter, quod certarum actionum moralitatem fissant: ast *jus naturæ* sicut *omnem*, ex conscientia *possibilem*, moralitatem; in plurimis tamen solum *hypotheticæ* decidit. V.g. *Jus naturæ* utique quidem legem Dei, tanquam rationabile principium obligationis, agnoscit, sed, si ponatur *actio*, qua peculiarem moralitatem speciem *tum denum* nanciseretur, si lex expressa divina adesset, quamdui haec lex *non extat*, aut conscientia de ejus *dubitare* potest existentia, hypotheticæ solum decidit conscientia, si ad principia juris naturalis referatur; quamvis & *alias* actiones, *ubi* conscientia interna *unicum* est principium, *certo* determinet. V.g. quam Judæis certarum specierum eius lege positiva interdictus fuerit, rationem *obedientiæ* sufficientem *jus naturæ* ex positiva Dei lege agnoscit. Quamdui vero mens *rationabiliter* nescit, Deum hanc dedisse legem, fane *reliqua* principia, moralitatem actionis *alias* determinantia, *hic* non sufficerent, ut ex nobis *ipsis* universalēm Judeorum obligationem *naturalem*, ad abstinentiam specierum, jure positivo prohibitarum, demonstrare possemus.

§. XXXVI.

Theologia autem fissit moralitatem actionum, *principio* fidei, secun-

Quamvis
Theologia



secundum verbum Dei vel conformium, vel disformium. Principium vero fidei est, quidquid Deus credere & agere dixit, illud ex hoc ipso credendum & agendum est, quia Deus dixit: adeoque omnes illæ actiones, quas quis ex principio, quia Deus in verbo dixit, facit, ad *Theologiam* spectant. Unde & v. g. obedientia erga magistratum, quatenus propter Deum exercetur, i. e. quia Deus hanc præcepit, & homo, ex unico hoc principio assumto, Theologice pius est, actio Theologice pia est. Immo omnes actiones nostræ, jubente Deo, primario ad ipsum Deum sunt referenda, nempe, quod obligatissimum, ad divinæ intentionis nos conformes gerendos, utque omnia faciamus, ad promovendam Dei gloriam, & ex iussu Dei. Hic tamen actus, erga ipsum Deum immediate directi, ab iis quodammodo distinguendi videntur, quibus mediate Deo inservimus. V. g. obedientia erga magistratum Deum mediate colimus. In hac ergo & ejusmodi actionibus, quodsi Deus nos obliget, ex principio, quia ipse dixit, hoc sumnum quidem est, & maximum fidei motivum, immo & *Theologice* unicum: non tamen, extra *Theologicam* relationem, si obligationem, ad obediendum magistratu*m*, in genere perscrutemur, ita unicum est, ut injusle alias ageremus, si v. g. quendam inde commovereamus ad obedientiam, ne, in casum inobedientiae, civilibus durissimis adsciatur penit. Deus enim solum nullibi vult excludi, at, quum homo sepius penam *magis* timeat, quam Deum, quo quidem *impie* agit, tamen ipsa intentio Dei est, quum ipse sibi reservaverit *conviictionem* hominis ad obligationem, ex fonte, quia ipse dixit, quinque magistratu*m* dederit *jus*, penas certis combinandi actionibus, ut, quamdiu quis non ex principio si deo erga Deum commoveatur, tamen, metu penar, abstineatur ab inobedientia, qua alias fermet, contra intentionem Dei, infelicem redideret. At in actionibus, que immediate erga Deum tendunt, nec alius motivis opus est, nec Deus vult. Quum enim Deus neminem, per *omnipotentiam*, ad cultum internum adligat, sed per *convictio-*
nem, Deum hoc dixisse, hominemque ex hoc ipso jam summopere esse obligatum; jam vero Deus, testante scriptura, cum hac *fide*, ipsas vires omnium inde fluentium piarum actionum combinaverit: etiam hic *fides unica* harum piarum actionum est & *origo* & *norma*, ita, ut nulla sit actio pia, nisi ex fide descendens. Et si rem perpendas, sane hic *majus* est robur, quam si diceres, v. g. quia princeps est pius,

inducat mo-
ralitatem, &
quodnam a-
ctionum Theo-
logicarum
principium.

Quatenus
actiones,
que sunt
Theologice,
tamen non
unice sunt
Theologicas.

Quenam a-
ctiones sunt
unice Theo-
logicas.

gau-



gauderet sibi, si etiam pius esset. Gloria enim Dei, quia hic ita unice versatur, ut Deus *omne auxilium rationis* excludi velit, tanquam *insufficiens*, a fidem faciendam divinam, & tanquam *superfluum*, si Deus jam fidem excitaverit, etiam unice, ex fonte fidei, *natura, motiva, normaque* piarum actionum defumenda. Sane etiam in actionibus, mediate cultum Dei promoventibus, quis eas committere aut omittere poterit, licet *plane*, ex hoc fonte non saceret, quod Deo hoc ipso simul inserviat, aut, quod Deus dixerit; nam & *Arbeus*, metu personae civilis, a certis abstinere poterit actibus, si vitam famamque civilem amet, quo ipso tamen impius est homo: ast sane in actionibus, cultum erga Deum *immediate* concercentibus, licet *externa* confessio in alterius benefacitum fieri queat, stultus tamen foret, qui *interne* ens aliquod lumen veneraretur, si *non existet*. Si vero existat, uti existit, *sublimitas* ipsius hujus entis atque promissio, quod ea, quæ dicat, facere possit, & velit, sufficientia dabit motiva viresque, illud colendi. Id vero sequitur, ipsam de existentia Dei convictionem deniam actionem *christianam*, hoc est, *piam esse*, si ideo quis credit, *Deum existere*, quia *ipse Deus dixit*, se existere; æque ut eredimus, existere regem, quando regium mandatum affixum cernimus. Et sicut rex non prius demonstrat existentiam, sed ipsa revelatione suæ legis testatur, se esse: ita sane homo non excusare semet poterit, quod existentiam Dei nondum, in sua conscientia, ad principium usque contradictionis, elevaverit. Ex ipsa enim lege Dei revelata, cui fidem habere debet, convincetur, oportere esse legistorem.

S. XXXVII.

Hæc si ad Jurisprudentiam conferantur, statim patet, eandem dicta neque supponere neque intendere, id quod adhuc magis patet, si nunc ad ipsas Jurisprudentia classes deveniamus. Nempe utique, quatenus sacer codex fons est Jurisprudentia, inducendo scilicet certainam *universalē* obligationem circa iustitiam actionum, quæ positiva lege deficiente, alias ex Jurisprudentia humana determinanda fuisse: hæcce Jurisprudentia species *peculiaris* scientiæ nomen meretur. Et hic primo loco evincendum esse videtur, utique *possibile esse*, ut Deus sibi reservaverit jus, in certis actionibus externis, certainam introducendi moralitatem externam, & iustitiam externam per legem suam positivam. Quamvis ergo alias, secundum nostram cogni-

Datur *Juri-
risprudentiae
species, ex
jure divino
definita.*



cognitionem decidere jus haberemus, tamen, *quodsi ejusmodi universalis ad efficit obligatio*, atque juris determinatio, jam *contra obligationem* sacerdos, nisi ex hoc positivi juris fonte decideremus. Id vero porro demonstrandum est, *an Deus* hoc facere *voluerit*, cuius, si *expressam* videremus litteram, amplius dubitandum non est. V.g. Si Deus diceret: *hoc juris circa hanc eternam actionem esto inter omnes, si casus hic & illi obveniatur.* Quum vero *vix* aliqua ejusmodi *evidens* sit propositio juris positivi universalis, ita, ut ex *hoc ipso intentionem* Dei colligamus, Deum sapientissime voluisse, ut *alio modo* hujus rei certiores fiamus: hujus rei deductio *hac convenientissima*, nunc insequuta, videbatur.

§. XXXVIII.

Primo scilicet singula illa *data*, quæ *scriptura* suppeditat, recolenda, adeoque inspicienda, annon *ipsa scriptura* ejusmodi *criteria* *Quomodo intendanda* *sunt* *adaganda* *fint* *juris universalis* suppeditaverit. Sic scimus, quod in *spiritualibus* Deus *præcepta* *juris positivi* certam quandam obligationem ad omnes introduxit homines. *universali*. Si ergo hic *ad filium* *scripturæ* attendamus, *analogiamque* deprehendamus in aliquo revelationis dogmate, de quo *questio* est, *an sit* *juris positivi universalis*: sufficientem rationem habebimus, illud pro *ejusmodi* adsumendi. Si vero hic ejusmodi analogiam non deprehendamus, aut in *genere* requisita juris positivi universalis *non in* *ipsa scriptura* denotata essent: id *tamen* supererit, ut ex *ipsa* *conscientia nostra* investigemus, quid rationabiliter requiratur, si aliquod dogma pro dogmate juris positivi universalis allumi debeat, adeoque, quid *ad ipsum* requiratur *jus positivum* *universale*. Videlicet enim ratio, posse *existere* *jus* *divinum* *universale*, *alia inter* *dogmata* *juris particularis* *mixtum*, & Deum *tamen* *sapienter* *velle* potuisse, ut prius *generalia* *juris positivi universalis* requisita *ex ratione* desumenter, & secundum *hanc notionem* ea, quæ cum regulis hisce convenienter dogmata, ex toto *scripturæ* concentu evolverentur, & ad peculiarem scientiam positivi juris universalis redigerentur. Hocce vero *jus*, *imo obligationem*, Deus nobis dedit, quando non *ipse* revelavit requisita positivi juris universalis, neque peculiarem horum dogmatum classem in *scriptura* concinnavit, neque ubique littera *expressa* determinavit; nosque tamen rationabile videamus, quod *ejusmodi* *jus existere* queat.

F

§. XXXIX.

§. XXXIX.

*Quatenus ad
Jurispruden-
tiam confide-
ratio iuris
positivi uni-
versalis spe-
ctet.*

Scilicet jus positivum sibi potest *synonymicum* juri divino re-
velato, jus vero si sumatur pro ipsa lege: *jus positivum universale*
erit *lex divina revelata, omnes obligans homines*. Ast vero hic de
lege divina universalis loquuntur, ubi *Theologi* scientia a scientia *Ju-
risprudentis* differt; adeoque & *Theologus* alia ratione universaliter
Dei legem trredit, *alia* JCtos. Scilicet *Theologus* nascentem inde
actionem considerat tanquam *piam*, (§ 33) adeoque v.g. si quis concubu-
tum cum iis, qui jure politivo prohibiti sunt, Theologice intermittat,
ratio debet esse fides, quod Deus dixerit. Jurisprudens vero confide-
rat hanc actionem, quatenus *externe iustam*, & ubi Deus posuit prin-
cipes iustitiae externae administratores. Adeoque quasnam peinas
princeps combinare queat, si quis contra agat. Si ergo actio quæ-
dam *unica* sit interna, plane ad JCtum non spectat. Poteft vero actio
externa connexa esse cum interna, i.e. *mixta*. V.g. furtum est du-
plici respectu contra jus revelatum, tum quia est actio *impiæ*, quia
quis tunc, quando furatur, non credit, Deum prohibuisse, tum *inju-
sta*, quia non consequentes externas vel credit, vel timet. Ictus
autem solum *quatenus injustas* considerat. Unde & noli existima-
re, si in sequentibus aliquid ad jus positivum universale circa externas
actiones referemus, ac si, *unica* hic jus positivum circa moralitatem
externam dispositiss, crederemus. V.g. si demonstraremus, dec-
alogum esse juris positivi universalis, & ad prudentiam hujus juris re-
qui, ut sciamus, quenam iustitiae actiones per decalogum fuerint
expresse, noli existimare, ac si decalogus solum de externa moralite-
& de iustitia actionis disponeret, quin potius in antecellsum
sumus concesfui, & de interna moralitate, quatenus sc. est actio im-
piæ, disponere. Ast hoc ad *Theologos* spectat, prius ad JCtos.

§. XL.

*Jus positi-
vum univer-
sale repe-
te potest pre-
cepta Juris
naturalis.*

Positis hisce premis, jam dico 1) rationabile esse, quod Deus in
jure positivo universalis repetere queat, quod & naturali jam funda-
tum est, ast ubi ob labem naturale inter homines sere cyauit, vel in
dubium est vocatum. Hinc totum decalogum refero ad jus positi-
vum universale. Si enim dicas v.g. quoad cultum, Deo, die Sabbathi
prestandum, jus naturale nil dispositiss: eo magis pertinebit ad jus
positivum universale, quia Deus omnes homines hoc verbo suo in-
spe.



specie obligat, ut uno ex septem diebus eum in specie colere debeant. At hinc de iis, ad quas ex ipsa natura pervenire possumus, quæstio est, an sint juris positivi? idque adfirmo, quia Deus revelavit, (§. 39.) ast hujus rei ratione habuit sufficientem, quum v. g. homines sibi relieti dubitare queant, an e. g. furtum foret actio iusta. Immo ratio sufficiens est, quia Deus dixit, & ad omnes dixit homines, adeoque naturalis obligatio robur accepit, ex expressa ejusdem per legem scriptam renovatione, atque nova inculcatione. Vnde recte dicimus, actiones, decalogo repugnantes, esse contra ius divinum universale. Quum vero Deus in decalogo mixtas (§. c. 39.) ponat actiones, i.e. & pias & justas; ICtus autem solum in iustitia actionum persilat ipsæ eas etiam solum, quatenus in actuum externum erumpunt, respicit. Nam v. g. in primo præcepto prohibetur, ratione externe, inde enascentis, actionis insulti, idolatria externa & Atheismus externus. Vnde ICtus examinat, quanam pena adisciendus, qui idolum adoraret, aut qui palam diceret, mundum esse a se ipso, quo ipso mundum Deum faceret, adeoque contra externam primi præcepti actionem justam peccaret: qua jubet unice verum Deum tanquam Deum profiteri, & præter hunc, nullum aliud ens, adeoque nec mundum.

§. XL.

Secundo rationabile est, quod Deus, per legem positivam, ex sua voluntate, certam gentem obligare queat, in cuius voluntatis irrationabilitatem nunquam sanari possedat rationes, sed potius Deum semper defendit, quod sapienter & iuste agat: quamvis ex natura actionis, quatenus ex conscientia nostrarum perceptionum pendet, non determinare potuissemus, cur gens illa huc fuisset obligata, nisi Deus expresse suam declarasset voluntatem. Hoc vero ius divinum, inde foret universale, ratione *hujus gentis*, inde tamen non colligendum, quod Deus *omnes* gentes huc velit obligatas. Quamvis, si gentem quandam *in specie* obliget, ita legem ponere queat, ut *universalis* ad omnes gentes resiliat obligatio. Jam, quum in sacro codice & particularē judaicā gentis deprehendamus obligationem, qua *sola* concernebat gentem judaicam, & *universalē*, quæ non unice, quamvis *in specie* genti judaicæ revelata fuit: ea Jurisprudētiae pars, quæ est *scientia juris positivi* divini circa actiones externas, tum obligationem particularē, genti judaicæ scilicet præscriptam,

*Deus per jus
positivum no
vam introdu
cere potest ob
ligationem, ad
quam ex ra
tione sola non
pervenissemus
determinan
dam.*



tum universalem, adeoque & ad nostras se extendentem repubicas, fuit.

§. XLII.

*Non adfir-
mandum est,
aliquid esse
juris positivu-
m universali-
s, nisi vel ipse
casus, vel ra-
tio extensionis
si jure divi-
ne expressa.*

Licet vero id sit naturæ rationabile, quod Deus possit absolu-
ta sua voluntate nos obligare, qua non potest non esse summe ratio-
nabilis, licet, præter voluntatem, ulteriore ipsius voluntatis divinæ
rationem nesciremus; id tamen patet, & expressam oportere esse le-
gem Dei, licet id deum esset evolvendum, quod *hæc lex expressa* sit
universalis, & non, *ultra* rationem voluntatis divine expressam, esse
extendendam, quum casus non possit dici *implicitus*, jure positivo di-
vino, si ne quidem ratio extensionis esset juris positivi. Quod si ve-
ro, ejusmodi litteram expressam adesse, demonstrare possumus, simpli-
citer fidem habere obligamur. Nunc quero, si Deus diceret: hæc
sunt statuta mea, hæc tenebitis; *quod si enim homo ea fecerit, tunc
vivet hoc ipso*, sane illæ & ejusmodi loquitiones, e. g. hue obligatus
esto & incola & peregrinus, item, hoc si feceris, abominatio erit cor-
ram Deo; item, hoc facta incola terre eandem commacularunt, atque
peccare fecerunt &c. detorquenda essent, nisi pro signis, his contentæ
obligationis universalis, afflumeremus. Jam, quum prima ex his lo-
quitione præponatur, Levit. XVIII, 5. in sequentibus positivis legibus, a
v. 6. - 23. & v. 29: sane hæc omnes leges sunt juris divini universalis;
adeoque casus concubitus, in iisdem expresse prohibiti, tales sunt
ipso jure universalí positivo.

§. XLIII.

*Quomodo ca-
sus non ex-
presst tan-
quam impli-
citi Juris po-
sitivi sint re-
spiciendi.*

Ast vero de *non expressis*, quatenus sit extensione facienda, quate-
nusque, tanquam casus *analogi* sive *impliciti* juris positivi, sint respi-
ciendi, nec nē, res est altioris indaginis. Id patet, si *ratio extensionis*
in ipso jure positivo sit expressa, quod ille casus, qui hunc *subfunt* ratio-
ni, ipso jure positivo sint impliciti. Id quoque rationabile est, si ex ipsis
revelatis extensionis rationibus quadam essent *clariores*, hæc erunt an-
teponendæ, ipsæque *obscuriores* inde explicanda. Jam, quum e. g.
jus positivum c. l. v. 7. clarum atque peculiarem, prohibiti cum ma-
tre concubitus, sifat extensionis rationem, scilicet, quia sit *mater*: sequi-
tur, quotiescumque aliqua *mater* poterit dici, ex natura *generationis* &
propagationis, quod omnes ille casus sint *ipso* jure positivo universalis
prohibiti. Hanc enim rationem extensionis *ipsum* suppeditat jus po-
sitivum:

sitivum; sub hac extensione *natura sunt, avia, proavia*, & in linea recta usque ad *Evan*: ergo & in linea recta prohibitio ita est juris positivi, ut ipsa ratio extensio ad aviam, proaviam, sit *expressa* lege universali. Idem in omnibus casibus, quatenus extensio ratio ipsa est lex positiva.

§. XLIV.

Adhuc tamen aliqua ratio extensio v. 6. dicti capituli, posita est, ubi dicitur: nemo tangat carnem carnis suæ; quam vero, quia generalis, metaphysica & controversa ratio est, bona ratione (v. §. antec.) ultimo loco jam demum explicabimus. Id patet, qua species expressæ ad carnem carnis referuntur, eas precipue esse adnotandas. Scilicet suæ, expressæ id sequitur: quotiescumque nuditas ejus, quam an retegere prohibitus sit, quæstio est, dicitur positivo iure nuditas matris patrisque simul v. 7. Patris v. 8. sui ipsius v. 10. Patris vel matris proxima consanguineæ v. 13. Amisæ v. 14. filii uxoris v. 15. fratri v. 16. privigenæ, v. 17; toties in aprico est, mari non licere harum retegere nuditatem; adeoque omnes has nuditates si quis detegeret, tangeret carnem carnis suæ.

§. XLV.

Nunc vero probe notandum est, in omnibus hisce casibus, iure positivo expressis, semper & unice relationem prohibitionis esse, ex relatione maris ad nuditatem, quam retegere prohibetur: ita ut, secundum jus positivum, non predicitur aliquid tanquam caro carnis, nisi adit diversitas sexus. Neque de alio, quam de mare predicatur, quod denudat nuditatem, unde & mas unice dici potest, tangere carnem carnis. Obfite videtur v. 7. ubi dicitur: non revelabis nuditatem patris matrisque tuae, ubi utique hæc verba, extra contextum considerata, videntur phrasim denudationis etiam de feminis usurpare. Dico vero, unice, secundum contextum, subjectum prohibitionis esse mare, hoc sensu: Deus v. 8. prohibet concubitum cum noverca, ex ea ratione, quia esset nuditas patris: ergo & matris naturalis nuditas, secundum jus positivum, dici poterit nuditas patris, ast, ne filius, quoniam ipsi congressus cum noverca sit prohibitus, eo minus cum matre naturali concubere auderet, Deus duplicum possuit rationem, scilicet, quod sic alias & patris & matris denudaret nuditatem, quoniam in concubitu cum noverca, solum dici queat, denudare nuditatem patris. Hunc



ce sensum esse v. 7. tessantur & verba *subsequentia*, ubi solum dicitur: *Mater tua est.* Sane, si subjectum prohibitionis *femina* esset simul: nulla certe foret ratio, quodsi sensus hujus v. c. foret: *tus femina non denudabis nuditatem patris tui matrisque tue*, cur i. *conjuncta fuisset mater*, quum tamen *femina* neque cum *matre* coire, neque, si cum *patre* coeat, *matris* denudare nuditatem dici posset: 2. cur non Deus in sequentibus potius dixisset: *Pater tuus est*, quippe potius ad *relatiōnēm prioris posterius*, quam ad *posterioris prius* comparare solemus. Ast optima harmonia in hoc sensu est: *tu mas non denudabis nuditatem matris*, quae *patris simul est*, v. 8. ita ut hec verba, *quia est mater tua*, sit expressa *ratio* cuiusdam *extensionis* ad *aviam*, *proaviam*, &c: quae quidem sui *principis patris nuditates* dici non possent, quamvis *ma- tres* dici queant.

§. XLVI.

Pergit ad precepta juris universalis, circa matrimonia, qui- den in eundem

Ulterius jam quedam circa matrimonia, quatenus sunt juris universalis, dispiciamus. Nempe ratione matrimonii, & quidem adhuc incundi, jus divinum non introduxit obligationem universalē, etiamsi finis unusquis esset procreatio sibi. Sic enim Deus, tum ex *naturali* ratione, ab hac lege dispensat impotentes, Matth. 19. eosque vel natura, vel casu tales, tum ex *moralī* ratione, si scilicet quis, ut eo magis cultui divino inserviat, coelatum sibi sponte no motu proposuisset. Sic enim nobilioris objecti consideratio, sublimiorisque finis promovendi annuis, ab obligatione ad inferius objectum atque finem dispensat. Bonum ergo est, si quis hoc propositum poshit efficere, I. Cor. VII, vi. Ast, quum non omnes hujus rei vires habeant, neque omnes ad prius ita obligati sunt, vt, si intermitterent, peccarent: alias enim status conjugii esset peccatum continuum. Vnde potius divina intentioni conforme est, quod nubere melius sit, quamuri.

§. XLVII.

Quid juris positivo sit, ra- tione finis ma- trimoniī, pro- creandi sō- bolem.

Porro autem evincendum est, si jam quis matrimonium inire veller, quid hoc jure positivo requiratur, ubi præcipue considerandum, quatenus procreatio sibi sit finis matrimonii. Et hic etenim unusquis est, ut intentio sibi procreanda cum statu matrimonii debet esse combinata, id est, quod extra matrimonium omnis vaga procreatio sibi sit intentioni divinae disformis, adeoque pecatū.

catum. Neque tamen ita unicus est, ut si quis aliquam compres-
sisset extra matrimonium, liberosque procreasset, eandem præcise du-
cere teneretur. Nec obstat Deuteronom. XXII. v. 28.29. Nam et datur
patri compresæ electio Exod. XXII. 16. utrum dotem, an vero ma-
trimonium exigere velit. 2. citato loco sermo est, si virgo, sub
spe matrimonii, deflorata fuerit. Porro & ita unicus est, ut quin in
matrimonio sobolis progeniem profine habente, concubitus requiri-
tur, is solum adprobetur concubitus cum conjugi, qui hoc efficit:
ad eoque non solum modi hujus effectus producendi per naturam
prorsus impossibilis, quos nominare pudor detinet, sed & impediens
funt prohibiti. Eatenus quoque unicus est, ut si utraque aut al-
terutra pars ipsum intendat finem, naturalis hujus rei debeat adesse
potestas. (§. 46.)

§. XLVIII.

At, si jam queramus, an non quedam diversi sexus personæ, *Datur status*
ubi, vel natura utraque impotentes, ad procreationem sobolis, sunt,
legitimus con-
vel ex destinacione castitatis spontanea, tamen invicem genus aliquod
junctionis di-
societatis perpetuae inire queant, ita ut, ratione reliquarum obliga-
versi sexus
tionum, v. g. ne utraque pars alii quiescunt concedat corporis, &
personarum,
in specie, ratione dissolvant hujus nexus, idem foret observandum,
absque fine
Quod circa dissolutionem matrimonii. Et hic, quamvis, quoad im-
procreandæ
potentes, tale vitæ genus non sit, sensu biblico, matrimonium, &
quamvis, quoad posterius, mutuo consensu libi invicem postea tamen
cohabitare queant: de eo tamen solum heic queritur, an ejusmo-
di societatem inire jure positivo licet? Idque omnino; quum enim
naturalis hoc permittat ratio, silentium juris positivi corroborat
potius, se hanc naturalem rationem prorsus refringere nolle. Sic
nec videmus, matrimonia dissolvi, licet nunquam sobolem pro-
ercent. Liberi enim sunt donum Dei, adeoque in se res incertæ
eventus, qui, si a priori semper esset demonstrandus, nulla contra-
henda forent matrimonia. Insuper denegatio liberorum sapientia est
instar poenæ, e. g. Levit. XX. v. 20. adeoque ipsum aliquod medium,
quo Deus vita ante actas penitentiam excitare intendit. Interim
utique ejusmodi status, in civili societate, nomine status matrimo-
nialis venit.

XLIX. Ad-



§. XLIX.

*Quænam sint
præcepta ju-
ris positiui,
circa dissolu-
tionem matri-
monii.*

Adhuc, circa dissolutionem matrimonii, præcepta juris positivi consuenda sunt. Et hic primo quædam dissolutio, per rationabilem consequiam, ita est introducta, ut, & invitatis partibus, dissolvendum sit matrimonium, ex ipso magistratus officio. Scilicet, quum scienti concubitui cum ascendentे vel descendente in recta linea, jure positivo pena mortis imposita Levit. XX, II. 12. 14. 17: quodsi casu fortuito & per ignorantiam convenienter, qui tamen casus, si matrimonia secundum ordinacionem ecclesiasticam regulerint, vix apud nos existet, dirimendum esse, rationabiliter colligimus. In reliquis vero, nisi ipsæ partes ex conscientia impellantur, divortium petere, nullam dissolutionis rationem Juri positivo analogam deprehendimus: præeunte ipso sacro codice v. g. quoad fratram Levit. X. v 21: ubi Deus loco poena posuit, ut absque prole sint morituri, quod certissimum habet effectum, si in matrimonii vinculo relinquantur. It. quanvis repudiata ducere non licet Deut. XXIV, 4: tamen, si contigisset, non denovo dissolvenda erunt nuptiae. Relique ergo dissolutionis species non fiunt ex obligatione, i. e. quod & invitatis conjugibus dissolutione adjudicaretur, si in gradu prohibito ignorantantes matrimonium iniisissent: (secus ergo si concipi, & in fraudem legis divinæ, ubi utique magistratus & dissolvere & punire debet; quum nulla fraus pejor sit, quam quis est in ipsam legem Dei) ast quædam dissolutione est ex jure, i. e. quod una pars innocens possit divortium petere, non vero laedens hoc, tanquam medio divortii, uti.

§. L.

*Quænam ipso
jure positivo
recreantur
cause divor-
zii, & de quo-
nam divortio
scriptura lo-
quatur.*

Hic vero acris est controversia, de causis divortii jure positivo universali licitis. Verum enim vero inspicamus ipsos hujus rei sedes atque fontes. Primus locus est Matth. XIX. Ibi v. 3: Pharisei querunt, an marito liceat, ob quæcumque causam, semet separare, ab uxore. Provocant ad Mosen Deut. XXIV, I. ubi Iudeis permettebatur, proprio ansu, inscipere divortia, datis sc. uxori literis divisorialibus, cuius rei potestate vice versa uxores non habebant. Christus ergo, quum de permissibilitate divortii loquatur, sane ita responderem cogitavit, uti Pharisei quererent, adeoque eundem habuit causum *spontaneæ* dissolutionis & *propria* auctoritate suscepit, & permittit, in casu unico adulterii uxoris, marito ejus, ut posuit semet sepa-



separare ab uxore adultera : sicuti Paulus, i. Cor. VII. permittit uxori, in casu mariti adulteri. Jam vero, quum ipse loquatur de spontaneo divorcio *aetivo partis infontis*, utique species divorții hujus non est malitiosa desertio alterius, i. Cor. 7. v. 15. Hic enim innoxia pars patitur divorțium, ast non dici potest, *femet separare*. Quemadmodum vero hoc ipso non interdictum fuit, quum Christus, in casu adulterii, infonti separationem permittat propriam, quin magistratus, ob meliorem ordinem, hujus rei decisionem in se suscipere queat, ita ut, propria auctoritate facta separatio, nondum divorțium verum involvere debeat : ita nec, a dispositione juris positivi circa divorțium, propria auctoritate susceptum, concludi potest, ad divorția, a magistratu, ex rationabili causa, introducta. V. Brucknerus, in Decif. Jur. matrim. mon. controv. C. XVI. §. 24.

§. II.

Nempe id, vii positivi juris, sequitur, quod magistratus, in causa adulterii & malitiosa desertionis, parti innoxie petenti non possit divorțium denegare, si acriter infusat, quum ipso positivo jure a nexo liberetur. Porro & id patet, in hoc nostrarum rerum publicarum statu, ubi *omne divorțium est actuum*, ex sententia sc. impe-
Quenam, pro-
statu reipubli-
ca, sint ratio-
nabiles cauf-
se divorții, le-
ge positiva
rantis, per Consistoria adjudicatum, malitiosam desertionem esse non expressa.
peculiarem divorții causam, quia sc. alterius separatio nondum divorțium infert, a parte innocentis ; quum prius processus desertionis infiniti, & in dissolutionem sententia pronunciari, eademque viresque rei judicatae nancisci debeat. Quum vero jus positivum suo silentio corroboraverit potius, quod rationes matrimonii dissolvendi politicas adprobet : etiam, absque metu, contra jus divinum peccandi, plures causae poterunt poni, ex rei natura, & *quatenus statu matrimonii simul est status civilis*, fluentes. Scilicet, tum ex natura *imperii civilis*, tum, ex *natura pactorum*, quedam justæ matrimonii dissolvendi rationes resilint, quum matrimonium cum utroque certam habeat relationem, atque coherentiam. Nempe respectu prioris, matrimonii dissolutione imponi potest, in pœnam alicuius criminis atrocis, si pars innocens aut petat, aut consentiat. V. g. si quis relegeatur cum fuligione. It. si, in fraudem legis divinae aut humanæ, de facto contraxerint matrimonium, sperantes, sic eludi posse intentionem legis,

legis, concubitum probibentis. It. si uxor vel maritus hæreticam arriperet religionem, extra tres in imperio licetas. It. si infidias vita struxerit conjugi: respectu posterioris, sc̄u, quatenus matrimonia simul sunt *peculiaria vite genera, ex paſtitia ſocietate, de idoneo corporis queſtu conjuſi preſtando, & alios ab ejusdem uſu excluendo*: matrimonium diſſolvi poterit, ob errorem circa virginitatem eſſentialem, ob impotentiam, vim, metum, rapinamque, propter dolum, morbum latenter infanabilem &c. &c. de quibus omnibus admodum ſolide ratioſinatur *Brucknerus*, in Decif. Jur. matrimon. c. l.

§. LII.

*De diſpoſitio-
ne Iuriſ po-
ſitivo uni-
verſali, circa
conſtitu-
tionem ecclie-
ſia miniftrorum.*

Vlterius adhuc diſpoſitio iuriſ poſitivi, circa iſtitutionem ecclieſia miniftrorum, eſt introſpicienda. Id ex obligatione universalī pendet, quod Deus, & in publicis concionibus, coli debeat. Aſt hic Deus non unam eandemque oeconomiam obſervavit. Modo enim, per immediatam vocationem, quosdam iſtruxit, modo, quum ecclieſia excluderetur a ſocietate civili, ipſi ecclieſia poſteſtatem dedit, docendo idoneos eligendi, modo & quosdam in ſpecie elegit, qui, de dignitate ecclieſia miniftri, judicarent, atque, horum conſtituendorum, curam agerent. Jam ipſos princeps, hujus rei curam in ſe fuſcipe- re, videmus, idque jure. (§. 2.) Deduxere quidam ius principis, qui eſſet Epifcopus. Aſt, si notionem Epifcopi primævam afflumamus, hi ab Apostolis initio, dein a tota ecclieſia eligeabantur, denique, per impoſitionem manuum, ab Epifco poſt initiatu, conſumabantur. At fane princeps haue potefatē, non ex ſucceſſione ſuorum antecesso- rum, tanquam Epifcoporum, continua, non ex collatione plebis, deducere opus habet; quoniam hoc quidem fit modus aliquis, introſpe- chionis in ecclieſiam acquirendā, aſt non unicu. Ipsi enim occupa- zio quidam eſt legitima, cuius ius princeps, ex maſteſtate territoriali, atque ex ipſa principis idea, habet. Tenet ex ipſo ſummo chara- ctere, quo Deus ipſum ornavit, ut, quia ſumma habet poſteſtatem, to- tius iuſtitizie curam occupare queat, ex conſciencia, quod iuſtum fit. Generaliſſime enim eſt iuriſ naturaliſ, ut qui potentior eſt, & peni- tiore iuſti cognitionem habet, ac alter, alterum, ne contra ius na- turæ peccet, eo uſque adigit, quousque intentio ſubeft divina. Princeps autem, & ex peculiariibus rationibus, ex idea principis fluentibus, ius circa ſacra ſibi vindicare poſteſt.

§. LIII. Pri-



§. LIII.

Primo enim, locus quidam publico exercitio esse debet desti-
natus, quo & securè & commode conciones haberi queant: at, quis
hujus rei efficiendæ majorem habet auctoritatem, ac princeps? In-
mo, quum ipsum totum territorium principis sit dominio subjectum,
si legitime illud occupaverit, sane jure prætendere potest, quum sub-
ditis templo, adeoque partem territorii, concedat, ut, in compensatio-
nem, curam ecclesiæ, cuius singula membra simul subditi sunt, su-
scipiat. Sustentandi porro sunt ecclesiæ ministri, turbae præcaven-
dae sunt, criminia, ex læsione ecclesiæ subnata, punienda sunt. Quis
aptior esset huic moderamini, quam princeps? Adeoque princeps
curam rerum jure occupat. Insuper vero & pot-
estas hujus rei ipsi collata est principi, quamvis haec non sit unica ra-
tio juris, in hac re principi competens. (§. 52.) Princeps enim
nostris sunt principes Christianorum subditorum, pœctis certis ipsi
imperio obligati: corroboratum est ipsis, per conventiones publicas
imperi, præcipue pacem Velfallicam, jus circa sacra: sane iam
non quæstio est, an principes, si vellet, huic se se subtrahere possent
curæ. Nec enim volent, nec poterunt, si id facere velint, ad quod, per
conscientiam, obligantur.

§. LIV.

Summam ergo, consituendorum numerum ecclesiæ, curam
princeps gerit, & quo magis religio connexa est ipsius formæ status, eo
proniores sunt causa ecclesiasticæ disquisitioni summorum tribunali-
um principis. Unde causa ecclesiastica a consistorio, si ibi primario
alias tractetur, ad senatum ecclesiasticum, si pecularis adest, & ab
inde ad intimum, uti vocatur, cabinetum status, seu sanctius intimorum
confiliorum collegium, cuius ipse princeps præses est & caput, ulti-
mo loco devenit, nec hic, extra territorium, ad altius iudicium appella-
re licet, quum læsio pacis publicæ non præsumatur; quippe quo uni-
co causa utique provocatio datur, si læsio pacis religiosæ sit manifesta.
Id etiam dependet ex auctoritate principis, quosnam terminos, quan-
namque causas, cuius horum tribunalium inspecie, reservare velit. O-
bligantur vero ipsi principes, non solum in conscientia, sed & nostri, ex
nexu suo cum imperio, ne eos, qui Jus patronatus legitime habent
quaesitum, turbulent, sed potius tueantur. At hoc jus non ex con-

Princeps hu-
jus rei curam
tum legitimate
occupat, tum
ipsi eadem
collata est.

Causarum
ecclesiastica-
rum disquisi-
tio a prin-
cipe pecula-
ribus tribuna-
libus reser-
vi potest, fo-
terique.



ceptu juris patronatus *possibili* deducendum, sed videndum, quatenus
iuris patroni, secundum leges, consuetudinesque patrias, sepe extendat.
Sic datur quoddam ius patronatus, ubi quis solum ius vocandi habet.
Regulariter vero simul competit ius praesentandi, & eligendi. Da-
tur tamen & aliquod, absque iure vocandi. At de hoc plura, in Jurispru-
dentialia ecclesiastica; quam prudentia iuris positivi universalis solum
offendat, ius patronatus, in nostris introductum territoriis, non re-
pugnare juri positivo universali.

§. LV.

*An ipse prin-
ceps summus
possi esse con-
cionator in
suo territorio.*

Hic vero incidit quedam curiosa questio tangenda, anno-
princeps, si hujus rei dona acquisivisset, in suo territorio sumimus esse
queat concionator. Et sane non solum adhuc hodie reprehendimus
Archiepiscopos, qui simul sunt duces: sed & in veteri Testamento, Da-
vid & Propheta & rex fuit. Immo sane subditorum animum insigni-
ter commoveri posse videtur, si ipse princeps, quem in tribunal iube-
ret, ex suggestu oraret: nequa tamen obligatio hujus rei in principes ca-
dit, de quo etiam non queritur, sed si vellent, an licet? Quum vero
conscientia propria eo adigi possit, ut rectum de nobis ipsi feramus
iudicium: sane nee hujus rei potestas principi & subditis est deneganda,
quum potius optimam de principe suo sovere spem obligentur. Ad-
eoque, quum omnes territorii faderotes munus suum externum ha-
beant ex concessione principis, quamvis, ratione connexa cum eodem
scientiae, verbum Dei aequo vereantur, ac princeps, jam vero vocatio,
examen, ordinatio, sint quidem antecedentia requirita, si quis superio-
rem, hujus rei curam habentem, habeat, ast, in territorio suo, princeps
nullum habeat superiorem, quam Deum: etiam sufficeret hic utique
principi sola vocatio interna, externam, vero quam daret subditis, ab
hiis demum expectare velle, absonum esset. Neque enim ipsa vocatio,
examen, ordinatio aliter, quam in positis requiritur circumstantiis;
quum inferior teneatur superiori edere signa interne vocationis: ast,
sicuti ad inferiorem non spectat concionatorem, disquirere, an prin-
ceps idonea eligat subiecta: ita nec princeps obligatur, consensum
subditorum hic prius expectare, ad quod ius a Deo accepit. Sed subdit
solum attendere debent, an princeps recte proponat verbum Dei: at favet
hujus rei princeps ipse, per conscientiam, & que judec fieri potest, ac qui-
libet

libet nostrum. Vnde princeps eo majorem imputacionem haberet, nisi in conscientia capacitatem hujus rei in se deprehendisser.

§. LVI.

Quædam adhuc, circa depositionem ecclesiæ ministrorum, notanda sunt. Profecto & reipublica intererit, ut sacerdotes in auctoritate quadam status civilis sint, modo sub moderamine principis, & officii ratio, characterque facet internus, per impietatem facile debilis, postulat, ut præ alis studeant, illud in praxi testari, quod publice docent. Vnde eo graviores rationes Deo dabunt, si hocce suum negligant munus. At, quam quidam officii immemores, per experientiam, deprehendantur, principi iucumbit, quod ipse agere ubique nequit, ut quidam obseruant sacerdotum vitam: meliusque est, indignum detрудi, & proflus ipsi munus adimi, quam, ut ipse princeps Dei subeat judicium. Vigilabit ergo vice versa princeps, ne fidi pastores ledantur, promovebit eos potius, & ledentes acriter punire poterit: quo hic ordo facer venerabilis maneat. Vnde si & concionator, ob pessimum vitæ genus, deponendus sit, honori ministerii potius cedet, si publice & solemnitate ejusmodi detrudatur, non quidem ex patali illo principio, sed in terrorem, utque scandala tollantur. Vnde nec male actum videretur, ne in principia cadat suspicio, quasi indigna muneri præposuisset, ut publice moneretur ecclesia, depositum a veritate malitiose aberasse.

§. LVII.

Id vero tangendum adhuc est, pastores non solum ob vitam impiam, sed & imprudentem deponi posse. Eadem enim est intentione Dei, qua vult, ut sacerdotes recte doceant & pie vivant, ut etiam magistratus tueantur auctoritatem. At quidam concionatores habent erroneum de maiestate conceptum, nesciunt arctum influxum religionis, ad statum publicum: adeoque frapius, ultra obligationem suam, aliquid audent. Inique frapius adplicatur status primæ ecclesiæ; deficiebant ibi imperantes, qui suillent membra ecclesiæ; excludebatur tunc temporis ecclesia a societate civili: status sacerdotum nondum erat simul civilis, ut hodie: Paulus ipse revocabat ea, quae coram summo sacerdote loquutus erat, quem, sumnum esse sacerdotum, nesciverat. Vbi quæso Apostoli imperatores gentiles publice reprehenderunt, quod impiæ viverent? Sacerdotes obligationem ulteriorem

Quod' O' sacerdos, ob imprudentiam possit removiri.

non habent, quam vel externa vel interna est vocatio. Externa non ultra pacta se extendit. Interna demonstranda est, & superiorum iudicio committenda si sit mediata, uti moderna. Non decet, iudiciorum sapere velle ultra pastorem, non pastori ultra Consistoria, ultraque principem. Quotiescumque ergo princeps aliud dignum subjectum substituit, ejusmodi imprudens concionator, si in zelo erroneo perfricatorius sit, deponi poterit. Noli tamen haec ad iniquas trahere consequias,

§. LVIII.

Ex brevi portisimorum adhuc scientiarum res diuarum scholasticarum, si stitutur ratio cur peculiaris dissertationi reliqua manent reservata, ad thema ipsum alias pertinentia.

Sufficiente vero, que hactenus, ex prudentia juris positivi universalis, tradidimus. Ast nondum omnes ejusdem exhaustissimae classes. Nunquid enim adhuc, de potestate principis circa sacra & politica ex jure universali concessa, præcipue excutiendum esset dogma. Immo & alia adhuc. In limine autem quasi Jurisprudentiae, abrum pendui nobis iam iam est, quum peculiari adhuc dissertationi reliqua reservaverimus. Immo dignus sane & amplius superest campus, nexus scientiarum eruditio, quarum hoc loco nondum fecimus mentionem. Restat enim, quoad ipsam Jurisprudentiam, præter residua Jurisprudentiae divinae capita, demonstratio nexus Jurisprudentiae naturalis, cuius precepsum lolum, (§. 2. feqq.) quod prima communia principia cognoscendi, dedimus; ast tota prudentia status huc pertinet: porro nexus Jurisprudentiae publicæ, gentium in genere, in specie Europæarum, specialissime sancti Romani Imperii. Ulterius Jurisprudentiae privatae, tum politice, tum ecclesiastice, tum feudalis; quæ ratione & ante postea disciplina Jurisprudentiae tractari possunt, æque ac, quomodo harum scientiarum theoria a præcepto discrepet. Ut & denique nexus historiæ litterariae scientiarum Jurisprudentiae. Quantusne porro campus, sece aperit, in perscrutandis Medicinae peculiaribus scientiis, tum theoreticis v. g. Anatomiae, Botanicae, Chimiæ, Chirurgiæ, quatenus vulnera ex succorum depravatione oriuntur, tum practicis, ubi natura corporis humani, viresque penitus evolvuntur, morborum natura, & præfertim causa flatuisse exprimitur, temperamenta, ex diversa mixtione sanguinis orta, sollicitate distinguuntur, vires herbarum atque medicamentorum, secundum morborum naturam, totumque ægroti flatum, comparantur, adeoque ipsa Therapeutica, & præservativa morborum, & restituiva fani-



sanitatis, in quantum, per vires naturae, effici potest, dicitur &c. Quid vero, si demum ad commune nostrum accedamus *Philosophia* forum, ubi vix dispensandum esse videtur, si quis eruditus dici vellet, & tamen, in nexus scientiarum philosophicarum, hospes foret. Si enim reliquias eruditionis scientias percurramus, tot propositiones ex *Metaphysica*, tot ex *Physica*, tot ex *Logica*, tot ex *Philosophia moralis*, &c. erunt explicanda, aut supponenda, ut recte *Philosophia* omnium reliquarum sit instrumentum, ast non solum, aut inefficax in se, sed peculiaris habitus, basisque, cur omnium reliquarum scientiarum principia sunt rationabilia &c. Immo tandem, licet ex ipso scientiarum nexus, inde earum limites, robur atque defectus facile dignosci possint: (Sect. I. §. 14.) tamen & hic quaedam *in specie* tangi poterunt. De his autem singulis, favente Deo, sua occasione suoque loco, seorsim. Interim, L. B. vale, & si cupis, fave.

Vnica sit summo gloria lausque Deo.

Ne vacuum hujus superstitis paginæ existaret spatium, coronidis loco, exhibere liceat positione: quadam, ex aliis eruditionis disciplinis desumpta, & quidem:

I. Ex Prudentia status.

- 1) *Summa IMPERII CIVILIS maxima est, efficere, ut subditis ratio illa: quia imperans dixit, sit sufficientissima.*
- 2) *Huic maxima quum contrarietur prejudicium illud: imperantem suam potest atque majestatem UNICE ex collatione civium habere: hoc primario subditis, prudenti tamen modo, eradicandum est: quum 1) derur justa quedam OCCUPATIO & POSSESSIO imperii civilis; 2) quum imperans eandem communem, cum conseruenibus, particularum majestatis habeat, respectu cuius a republica prouersus non dependet.*

II. Ex Jure gentium.

- 1) *Gens prudentior jus habet, alteram, contra jus naturæ enormiter peccantem, sibi subjiciendi: immo buc obligata est, si sit potentior, sive altera gens in posterum quoque, contra jus naturæ peccare, continuaret.*

2) Ergo



- 2) Ergo & imperans unius gentis, sultane regnans, quodsi ab altera gente suiss monitus, ut dignius regnet, & tamen idem sultum continuet regimen, detrudi ab imperio poterit per alteram gentem.

III. Ex Jure publico Imperii.

- 1) Periculosa est distinctione, quod si status imperii, qui simul rex est, aliquid in territorio germanico facere possit, sub pretextu, se id facere tanquam regem, quod tamen alias, tanquam status imperii facere, per jura imperii, prohibetur.
2) Si projectum perpetuae capitulationis in effectum deduci, debeat; supponendum, 1) eandem porro imperii manifuram formam, 2) successores indistincte teneri, ad pacta antecessorum comprobanda.

IV. Ex Jure civili.

- 1) Qui, feminas UBIQUE curatore opus habere, putant, non ad Constitut. Elecf. 15. P. II. provocare posunt; quum ibi contrarium potius adfirmetur, & solum in 3. casibus, secundum rei naturam, familiæ minus valide, absque curatore, obligentur, 1) si sint uxores, non inde prejudicium marito evanescatur, 2) in actibis judicialibus, quum non habeant personam standi in judicio. 3) in extra judicialibus, si sint minores, & se aliis obligent.
2) Valent late leges civiles, alitis fraudem inferentes, ut v. g. quod pignus, non lege commissoria, aet pacto venditionis, ad credidorem transire possit, it. quod uxori, geradam vendere marito, aet non donare, liceat. &c.

V. Ex Jure feudali.

Per se quidem licet, dominium rerum suarum utile, alteri, sub pacto reverentia conferenti prestande, concedere: aet non inde, quod escunque dominium rei, sub ejusmodi, aliquo pacto, conceditur, statim, rem in FEUDUM datam esse, dicendum est.

VI. Ex Medicina.

Prescriptio proportionis incerta, in adhibendis medicamentis, offert, medicum, vel vires medicamenti, vel statum egroti, non perficere.

Leipzig, Diss., 1723
(K-2)




5b.





Farbkarte #13



16.
1723, 22.
Q. D. B. v.
DISSE^TATIONVM,
DE NATVRALI
NTIARVM ERVDITIONIS
V, LIMITIBVS, ROBORE,
ATQVE DEFECTIBVS,
P R I M A,
SISTENS, TVM PRAECOGNITA
HVIVS THEMATIS NECESSARIA,
IN SPECIE NEXVM IVRIS
RAE, THEOLOGIAE, ATQVE
ENTIAE IVRIS, PRAECIPVE POSI-
TIVI VNIVERSALIS,
Q V A M,
CONSENSV
STAE FACVL TAT. PHILOSOPH.
VBILCAE EXHIBET DISQVISITIONI,
P R A E S E S
ERNESTVS PHILIPPI,
DRES D. J. V. C.
RESPONDENTE
CHRISTIANO PHILIPPI,
MEGAPOLIT. IVR. STVD.
LIPSIAE D. XII. MAJ^I A. cI^o Icc XXIII.
LITERIS IMMANVELIS TITIL.

